

6272

13

1742, 5
13

15

COMMENTATIO CRITICO-HISTORICA

DE
SERIE PROCESSVS ET PRO-
VOCATIONVM FORENSIVM
IN CAVSIS AD IUS SVERINENSE
DIRIMENDIS,
QVÆ APVD STRALSUNDENSES
OLIM VSITATA FVIT.

H. E.

von dem vormaligen

Gerichts=Gebräuch/

Nach welchem
die Stralsundische Landbegüterte ihre Streit-Sachen/
zuerst, an den Stall zu Stralsund gebracht, von da aber an
das Kirchspiel zu Putt, von da an den Rath zu Stralsund,
von da an den Fürstl. Burg-Wall zu Loitz, von da an den
Stapel oder das Buch zu Schwerin und von da an
die Sieben Eichen appelliren können.

AVCTORE
ALBERTO GEORGIO SCHWARTZ
PROF. PHIL. REG. ORD.
IN ACADEMIA POMERANORUM.

GRYPHIS WALDIAE
IMPRIMEBAT HIERONYMVS JOHANNES STRUCK
REGIAE ACAD. TYPOGR. MDCCXLII.

28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

*Stralsundensis Reipublicæ
Pomeraniæ Rugiæque Capitis
PATRIBVS OMNIVM ORDINVM EGREGIIS*

V I R I S

M A G N I F I C O

*Generosus, Prænobilissimus, Consultissimus, honore
patricio æque ac prudentiæ fama, Amplissimus
Fulgidissimusque*

Dn. CONSILIARIO PROVINCIALI

SPLENDIDISSIMO

Dnn. CONSVLIBVS
SYNDICO, CAMERARIIS
ATQVE RELIQVIS

MVNIORVM DIGNITATVMQVE PRÆSTANTIA
INSIGNITER CONSPICVIS MERITISSIMIS

S. P. D.

OBSERVANTIAMQVE ET ANIMI PARATISSIMI OBSEQVIA
APPROBAT

R E S P O N D E N S.

VIRI
MAGNIFICE
GENEROSI, PRÆNOBILISSIMI, CONSULTISSIMI,
AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMIQUE

*Quo*tiens aut Patris mei edita historica legere contigit, aut ipsum de rebus gestis patriæ nostræ edifferenter audire; totiens fere intelligere potui, tantæ designationis Rempublicam Stralsundensem, apud eum, haberet, ut, neminem, in rebus gestis Pomeranorum Rügenorūque enucleandis tradendisque, feliciter versaturum, existimat, nisi qui origines, prærogativa insignia, prospera & adversa, omnemque habitum domesticum capitis hujus atque culminis civitatum nostrarum, familiariter cognita habeat perspectaque. His præceptis, fateor, non exigua animum cupido incessit, meam, ut est, themidem, ejusmodi in Historia patria rudimentis formandi exornandique, quæ nobilissimam Stralsundiā ejusdemque ad omnem memoriam fatorum facinorumque notabilia monumenta nec ignorare sinant, sed felicioribus, quos spero, studiorum meorum successibus, accurate, in futuram utili-

tatem, sciteque erudiant. Jamque ea me movit ratio, ut, cum aliquod musarum mearum specimen depro-
mendum esset, tale, Parentem eundemque Praesidem
meum, argumentum differendi rogarem, quod Civitati
Stralsundensi aliqua affinitate conjungeretur. Quan-
tumque ille, his precibus meis tribuerit, hic in conspe-
ctu est. Nunc, stare in cathedra academica & Jura
Reipublicæ Stralsundensis, prisca excellenterque singu-
laria, defendere, meum gaudium atque bonos super-
sunt. At VOS Patres Ejusdem MAGNIFICE,
GENEROSSI & RELQUI, VOS rogo, ea,
qua decet observantia atque obtestor, ut ignoscatis illi
audientia mee, qua incognitum quidem VOBIS, sed
Vestra in bonas litteras laudatissima facilitate ac in-
dulgentia subnixum, permovit, ut huic, qua Rempu-
blicam Vestram proprius contingere videbatur, qualis
cunque commentariuncula, a Nominum Vestrorum
splendore, decus quæsiuerim. Ita VOS Omnes, con-
silia atque instituta Vestra, divino Numini, meque fa-
vori Vestro, de meliori nota, commendabo,

TANTORUM NOMINUM VESTRORUM

Dab. Gryphisw. d. IV. Nov.
MDCCXL.

deditissimus obsequiosissimusque Cultor
ALBERT SCHWARTZ.



BENEVOLE LECTOR!

Sextus annus est, quod Vir clarissimus atque doctissimus Dn. M. CHRISTOPHORUS PYLIUS, Gymnasii Sundensis Rector multis meritis inclytus, nunc in consortio felicissimarum mentium, litteris ad me datis, actorum judicialium e chartophylacio Civitatis Sundensis, hæc argumenta mecum communicavit:

1547. In causa OSTEN, contra STRALSUND, in specie in des Raths Gegen-Bericht de anno 1547. wird der modus des Schwerinschen Rechts ausführlich beschrieben. Nemlich, wan jemand, in den Stadt-Güthern gefrevelt, oder Gewalt geübet, bat er «allemahl auf den Stadt - Stall (als woselbst auf des Raths «Vergünstigung, auch die Landbegüterte das Schwerinsche Recht «gehalten) des Rechts erwarten müssen: und wenn es in einer «Sache einmahl angestellet gewesen, haben alle termini von 14 zu 14 Tagen continuiret werden müssen, sonst der Procesß un tüchtig und nichtig geworden. Citatus hat können durch Gewollmächtigte erscheinen; ist der aber contumaciter ausgeblieben, ist er ob crimen vel délictum endlich proscribiret und verfestet. Hat er aber der Urtheil halben sich sonst beschwert gefunden, hat ihm zu appelliren frey gestanden, und ist die

A.

ap-

II

appellation gegangen, erßlich an das Kerspel zur Pütte, von
dannen an den Raht zu Stralsund, von dannen an das Burg-
Lehn zu Loitz, von dannen vor den Stapel oder das Buch zu
Schwerin, undendlich von Schwerin an die Sieben Eichen, auch
unter dem Fürsten von Mecklenburg gelegen.

1547. Verba aus des Rahts Gegen-Bericht de anno 1547.
in causa ÖSTEN contra STRALSPND, post alia, welche den modum
procedendi im schwerinschen Recht referiren, und daß solches
auf den Stadt-Stall gehalten worden: Dan daß die Stadt
Stralsund mit Schwerinschen Rechten außerhalb Rennen-
Paums und in denen umbliegenden eigentümlichen Land, Gü-
tberen, wie denn auch andere Ewr. Fürstl. Gnaden Untertanen
dieser Orthe, mehr denn über 100. Jahr bewidmet gewesen,
ist niemands verborgen und im fall der Noth herrlich und wobl
darzuthun. Der uns aber zumifset, es fey von der Osten, oder
wer es wolle, daß wir uns daffelbigen Rechten allein darumb,
daß wir Ewr. Fürstl. Gnaden die gebührende Herrlichkeit und
Regalien, mit den appellationibus entziehen mögen, anmaffen
söldten, der thut uns gewaldt und Unrecht, denn wir niemands
bis anber gezwungen, an uns, von erster instantz zu appellieren.
Es ist auch nicht gebräuchlich, sondern gebübret sich,
daß man in dem Schwerinschen Rechte, erßlich an das Kerspel
zur Pütte, von dannen an Uns, von Uns an das Borglehn zu
Loitz, von dem, vor den Stapel oder das Buch zu Schwerin und
endlich von Schwerin, an die Sieben Eichen, auch unter dem Für-
sten von Mecklenburg gelegen, appelliren müßen.

1573. Verba des Fürstl. Abscheides de dato W olgast den 19. Sept.
1573. in causa GVLAFFS ROTERMUNDVS contra STEVELIN VOELSCHO-
HEN. Denn obwohl liebevor, auch zu vielen unterschiedlichen
maklens

III

mahlen von den Stralsundischen, ein vermeintes Privilegium
de non evocando angezogen worden: So seyn doch J. F. Gnaden
Ihnen dessen, dermaßen, als es will gedeutet und wider Ge-
brauch und Herkommen angezogen werden, nicht gesändig.
Wie denn vielen ihres Mittels nicht unbewußt, daß man von
“alters, allein Lüfſch Recht in der Stadt und Ringmauren, in
“den umbliegenden Dörffern und auf dem Lande aber, Schwerinsch
“Recht gebracht und in fürfallenden Sachen darnach gesprochen
und erkannt hat, daß auch, wenn aus den Schwerinschen, ap-
“pellationes an den Burg-Wall zu Loitz, dadamahlen die Für-
“ſten ein bestaltet Gericht gehabt, und von dannen, an die Sie-
“ben Eichen gegangen, wie die Sundischen biebevor ſelbst von ſich
geschrieben, und also, wan ſie gleich in erſterer Instantz,
auch auf dem Lande iherer Bürger Stadt-Güther halben, Richter
wären, dennoch die Appellation nicht gen Lübeck, ſondern an
J. F. Gnaden Hofgericht devolviret werden müſte.

OBSERVA:

Vor alters ist in den Ringmauren allein Luhſch-Recht ge-
braucht. In den umbliegenden Dörffern, und auf dem
Lande aber, Schwerinsch (oder Bifchöfl.) Recht. Und
aus dem Schwerinschen, sind die Appellationes an den Burg-Wall
zu Loitz, da der Zeit die Fürſten ein bestelltes Gericht gehabt,
und von dannen, an die Sieben Eichen gegangen. Vid. Fürſtl.
Abscheid de dato Wolgast d. 19. Sept. 1573. in cauſa Guglav Ro-
termunds contra Stevelin Völſchowen.

Hi commentarii, fateor, diu multumque, miran-
tem me habuerunt, ſententiæque ambiguum. De fide
nequicquam dubitandum erat, qui probe noueram,

A 2

virum

IV

Virum è Patribus Reipublicæ Sundensis præcipuis, hanc copiam amico meo, eumque mihi fecisse. Capere curatius, quem præferunt, ambulantis justitiæ, processum: noscere itinera &, quo ducunt, tribunalia: percallere denique omnem hanc Juris dicundi rationem, sollicitudo fuit: tam tenax & obstinata, ut longe diversa licet agenti, si quid forte obvenerat antiqui moris, quod éo referendum, aut forensibus istis lucem afferre videbatur, semper præsto fuerim. Ita paulatim aliquo in hanc rem apparatu esse cœpi. Jamque depromo: non, certe, ea audentia, ut, mea qualicunque hac opera, cuncta ad liquidum deduci posse, existimaverim, quæ tenebris tam spiffis, involuta sunt; sed ut peritioribus antiquarum rerum, amantibusque, ad hanc telam pertexendam, tenuia quædam stamina præpararem. Ad eam mentem metiri ausus meos, fas erit, rogoque.

TRACTATUS.

CAP. I.

HISTORIÆ JURIS PATRII QVÆDAM LINEAMENTA DUCENS.

I.I. Postquam genus huumanum in gentes digredi coepit, præcipua ad fovendam justitiam, cura fuit. Ea disciplina, proximis a condito mundo temporibus, sub moderamine paterno stetero, sequioribus in civitates coiverunt. Non suppettebat certius tranquillitas atque salutis remedium. Perire oportebat, aut sapienter bonos, sive (quod perinde est) justos esse, qui sociali vita, felicitatem cupiebant. Verum est. Non attinet philosophari in eam causam.

Cultor

Custos rerum Historia prodit, nulli unquam Reipublicæ aliquod, sine
iustitia, aut decus, aut culmen comparatum esse, quod durare potuisset.
Per omnia euntibus exempla, nihil ab eo afferto diversum reperiatur.
Et maximum in Israelitico Ipsiis Dei populo spectatur, qui, ut cultu
iustitiae divinis auspiciis fancito, mirifice enituit, ita, neglectu, misere
concessus & denique oppressus est.

§. II. Ea facris monumentis memoria debetur. In profanis,
Rerum publicarum, quæ iustitia effluerunt, mira copia est. Nec mi-
nor iustitia depereuntium. Græcorum & Romanorum insignis, ex
eo, fama percrebut. Sed longe ante ipsos Scytharum, de quibus,
tantum non uno ore, scriptores testantur, quod tam acriter, jus fasque
servaverint, ut, in eo sanctitatis genere, populorum omnium laudes
supergressi sint (*). Num fortunis etiam? Non sinunt ambigere, ad
quos modo provocatum est, testes, & viætricia arma cum tropais, per
Asiam, Europam ac Africam, longe lateque circumulisse, copiose
referunt. Neque posteri ipsorum, quibus Tartarorum recentius no-
men obvenit, hodienum ab illis vestigiis aberravere: quin (ethnicos ta-
men præ Mahomedanis) tam sancte, domi, iustitiam colere, Suedos no-
stros, non insimi Ordinis, e captivitate Russica reduces, fidos auctores
habeo.

§. III. Jam vero in promtu est, quid de majoribus nostris Sue-
vis, Teutonibus, Gothis, Vandals, Rugiis, aliquaque statuendum sit.
Etenim, uti omnes, uni post alteros, ex communi illa Scythica gen-
tium vagina, in oras regionesque germanicæ nostra boreales, effusi sunt:
ita, cui innutriti erant, studium justæ vivendi huic attulerunt. Nec
deponuisse credas & alios Germanos esse voluisse, quam Scythæ fue-
runt. Forte dudum huc confederant, ætate Taciti. Sed ille ea-
dem avita probitate, qua olim patrias suas fedes reliquerant, illustres
atque laudandos sifit (†). Slavorum & Saxonum, qui post hac, plenis

(*) Vid. STRABO L. VII. JU-
STIN. Lib. II. C. 2. ARRIAN. L. IV.
C. 1. AMMIAN. Lib. XXIII. C. 25.
HOMER. Iliad V. & XIII. 6. Coll.
BOCHARTO Geogr. S. Part. I. L.

III. C. 9. atque memet, si operæ
pretium videtur in der Einleitung zur
Pommersch und Rugianischen Justitz-
Historie, ed. Gryphius 1735. p. 6. note. e.
(†) Vid. TAC. de Situ, Mor. & pop.

VI

colonis, terras nostras ingressi sunt, eadem gloria fuit. Ut in exteris prædando famam corruerant, domestica virtute & iustitia intemerati manerunt (†); patria remotiori & ipsi Scythæ. (‡)

§. IV. Sicuti autem hæc (ut in antiquissimis) probata habeo, ita, quod pertinet ad istorum populorum leges, instituta forensia, formamque judiciale, nihil fere, injuria statis, ad nostrâ tempora delatum est, præterquam quod Tacitus tenuiter refert (*) bonos mores, apud nostrates, plus valuisse, quam alibi bona leges, controversiasque capitales in comitiis: sicut levius momentum habentes, in judiciis provincialibus, à comitibus, eorundemque adfessoribus, discussas esse (†)

§. V. Nec novam, in eo genere, scenam instructam esse, arbitreri, ex quo Slavi Pomeraniam nostram Rugianique incolare ceperunt. Videri posset: non negaverim. Nam novi advenæ erant & peregrini, quos vitæ genus, reipublicæ habitus, mores, instituta, forte & omnia disciplina ab indigenis nostris Vandali, Rugi & aliis diversos faciebat. Sed, si cogitaveris, quod rerum monumentis domesticis constat, non insultu, non armis, nec ullo victoriæ jure, sed sponte atque

Germ. C. 19. & passim conf. die An-
geschahre Einleitung in die Pommerse-
und Rüg. Jusitiz Hift. p. 7.

(†) Vid. iterum die gedachte Ein-
leitung pag. 8, seqq. ubi e visceribus
Historia, qua culpa, qua innocentia
fuerint, disquisivi.

(*) Vidi JIL Dn. 2' LUDEWIG
in der rechtlichen Erläuterung der
Reichs-Historie p. 6. aspernari Origines
Germanorum Borealium ex Scy-
thia. Sed nescio, quare. Saltem
rationes, quibus ibidem usus est, non
sufficere videntur. Fortioribus, pro
communi sententiæ, argumentis, mi-
litari, CLUVERUS Germ. Antiq.
L. II. C. 2. §. I. seqq. & SPENERUS
Nor. Germ. Antiq. L. III. C. 4. §. I.
cum quibus, si placet, denuo con-

ferri poterit, quod in eam rem com-
mentatus sum in der Einleitung zu der
Pom: und Rüg. Jusitiz. Hift. p. 5,
seq. not. d. In vicino nobis Balti-
co mari, apud veteres Scriptores re-
pertum monumenta, non una ibidem
adduxi. Neque Patria nostra eisdem
prorsus vacua est. Arcona Ruge
quondam celebrissimum Caput, vel
eo nomine suo, puras lingue Scy-
thicas origines spirat. Ne quid amplius
dicam.

(*) L. c. C. 19.

(†) Vid. TACITUS I. c. C. 12.
Pluribus eam, que tunc obtinuit,
juris dicundi rationem evoluere an-
nis sum in saepè adducta Introdu-
ctione in rem forensim Pomeranorum
& Rugianorum p. 26, seqq.

atque lubitu prisorum illorum incolentium, terrarum nostrarum adi-
tum eis patuisse; prona, hinc, conjectura aſsequi licet, in Vandalico-
Rugianam civitatem, ea præcipua conditione, hos receptos esse hospi-
tes, ut avita imperii constituta & leges, quas dicunt, fundamentales
subirent. (††)

§. VI. Ita, quoad summam rei, regiminis æque ac iustitiae pa-
trocinandæ forma, eodem, quo antea fuerat, loco manſit. Paulatim
aliquid confuetudinis legalis Slavie inoluſſe largiendum duco. Nem-
pe, quicquid gens iſlhæc recentius è Scythia prodiens, illibati moris
attulerat, sine dubio non displicere poterat: quin ad ultimum, Slavo-
nicum nomen, hic terrarum, ita invalidit, ut Vandalicum obliteratum
videatur & jus patrium, *confuetudinis Slavonica* titulo, in diplomatibus
noſtris deprehendas. In foris tamen & juris exercendi modo, quem
proceſſum dicunt, parum mutatum credo, qui penitiori rerum noſtrarum
ſcrutinio didici, tempore aboliti per Ottonem Bambergensem
gentilismi (quod post initia ſeculi duodecimi contigit) tantum non
omnis litium tractandarum ratio, eodem tenore iverit, qui tempore
Taciti in Teutonia noſtra obſervabatur (*).

§. VII. Abhinc aliam vicissitudinem, in forenibus, Saxones
attulerint, noſtrorum Ducum liberalitate invitati, ad reparandum in-
colarum detrimenta, bellorum continuis cladibus inducta. Et illi
frequentes aderant, nobiles cum rusticis, mercaturs operantes, opifi-
ces & quibuscumque ſocialis vitæ ſuſtentandæ commerciis inſervientes.
BOGISLAUS & CASIMIRUS II. fratres, in Pomerania ſua initium
faciebant, quorum exemplum JAROMARUS I. & filius WITZLAUS
ejusdem cognominis, mox imitati. Nobilibus rura impertiebantur,
clientelari lege, cultui & fertilitati reddenda. Ceſteri in colonias re-
dacti, ad condenda per provincias noſtras municipia, inſignibus mu-
nificenter levamenti, accendebantur.

§. VIII. Hinc Themidi noſtre nova, in multis, facies compara-
ta. Quæ haecen ſus legibus patriis, non scriptis quidem, fed conſue-
tudi-

(††) Vid. *Versuch meiner Pomm. und Rug. Lehn-Hift*, Greifsw. 1740.
4. p. 21. ſeqq. pariter ac *Einleit. in die Pomm. und*

die Pomm. und Rug. Jufitiz - Hift. p. 29.
(*) Vid. *Einleit. in die Pomm. und*
Rug. Jufitiz Hift. p. 29. ſeqq.

VIII

tudinibus in normam receptis (†) usū erat, nunc extranea etiam ac manu exarata juris dictamina afferebat. Etenim municipia nostra, ut nascebantur, & coloniis hinc atque illinc adscitis diversa erant, varia jura accipiebant, Magdeburgicum (††), Lubecense (*), Culmense (†), Suer-

(†) Nihil hic meo auctu arbitror. Certum est, fide diplomatica, jus Patriæ nostræ, ne dicam Germaniæ universæ, eodem, quo Saxones hoc adveniebant, tempore, in consuetudinibus positum fuisse. Habeo Instrumentum transactionis aliquod de 1249, ubi prope finem legitur: *Promittimus etiam bona fide pro nobis & heredibus nostris - firmiter attenderemus & observare omnia & singula capitula supradicta - renunciantes omni auxilio Juris Canonici & Civilis & omni consuetudini, que in Theotonia & Slavia pro lege observari consueverunt: & aliud Jaromari II Principis Rugiani, e. a. hoc verborum tenore: omni de cetero impenitentia & exceptioni - & omni auxilio Juris Canonici & Civilis & omni consuetudini que jus Slavicum publice appellatur, renunciantes.* Quod evidenter in rem præsentem loquitur. Si quis autem scire velit, quo justi & æqui argumento, consuetudines illæ Slavice se commendaverint, illum exstudiare poterit jus nostrum Rugianum, quod Sæculo XVI. à Mattheo Normanno ex eisdem compilatum, sub titulo: *dat vnde Wendische Rugianische Land-Recht, hodienum, in rebus Rugianorum Insularium, vivida observantia valet.*

(††) Utpote Sedinum vetus & quæ teste FRIDEBORNIO Chron. Sedin. L. t. coloniæ ejus fuere, Garza, Greiffenbaga, Danuru atque Pölis: Piritzium item Freyewalda, Pafe-walcum & Uckermunda.

(*) Quo dotate sunt civitates Stralsundia, Gryphiswaldia, Anclamum, Demminum, Wolgastum, Bardum, Loitzna, Grimna, Tribuscum, Damgardum utraque Treptovia, Stargardum, Wollinum, Camminum, Greifsenberga, Colberga, Cöslinum, Belgarda, Golnovia, Regenwaldæ, Rugenwalda, Stolpa, Bublicium, Labes, Dabera, Neogardamque.

(†) Nomen eidem a civitate Borussia Culma habet, origines partim ad leges & consuetudines domesticas, partim ad jus Magdeburgicum & Saxonum Provincialia referuntur. Accessiones denique non leves Ordinis Teutonicæ Magistri FRIDÆ FEUCHTWANGEN, LOTHARIUS Dux Brunovicensis & HENRICUS à KNIPROD dederunt: donec ultimam manum adjiciens Seren. Princeps Elector Brandenburgicus JOH. SIGISMUNDUS, Borussiae Ordinibus adstipulantibus, vario iurium & communis & Teutonicorum augmento, perfectum, titulo *Juris Provincialis Prutenici*, 1620. in publicos usus sanctaret: ut auctor mihi est Celebi olim

IX

Suerinense (†). Tum & *feudale*, quod nuncupatur, sed domesticum, ex compactis Principum Nobiliumque voluntariis & natura proprietatis avitæ prediorum nostrorum equestrium, primis initii coalescens, cui paulatim Longobardorum placita in subsidium data. (*) Eodem fere tempore, Hierarchia potissimum Romano-Catholica obstetricre, jus Canonicum pariter ac Justinianeum, intervenerunt. Neque tamen hoc

ANDR. HELWIGIUS Academæ nostræ Juris Antecessor & R. Consistorii Director longe meritissimus, in *Delineatione Historie Juris privati Pomeranicis*. Posit: 47. & 48. Fruenter autem stabantque illo jure culmensi civitates Polono-Pomeranice, Leoburgum, Butovia, Rummelsbergaque.

(††) De illius natalibus remotissimis, qualcumque conjecturam meam deponsum in *der Pomm. und Rug. Justitz*. Hift. p. 16. n. a. Advertit illa animus Viri judicio acris vigen-
tique & multa, in antiquis rebus, egre-
gie acutegue cogitant, Domini E. J. F. MANTZELII J. U. Doctoris &
Professoris in insulya Rostochiensis,
ultra laudes meas positi, ut dignam
haberet memorari in *Selectis Juridi-
cis Rostochiebus*, quibus, ab ini-
eunte proximo anno, variam juris,
olim in Senatu Themidis Rostochiensis,
dictati, materiam cum eru-
dito orbe communicavit; nec me-
morari tantum, sed & antiquarum
rerum studiois dijudicandam expo-
ni, ibid. *Specim. XIII.* Posit. Meck-
lenburg: I. Abhinc literis Ejusdem
comperi, non omnibus eque proba-
ri sententiam meanæ de fontibus Ju-
ris Suerinensis in Legibus Verino-

rum & *Varinorum* quærendis, ob nî-
miam utrinque placitorum diversita-
tem. Previderam id quidem, fore,
nec ipsem l. c. hoc dubium intrat-
et reliqui. Non tamen ob id,
premere, ut erant, scrutinia mea,
sed peritorum arbitrio tradere vo-
lui, meliori bilance examinanda.
Quantum praesidii à discrepantia Ju-
ris *Varinorum* & *Suerinensis* speran-
dum sit, ipsum simul videant. Mi-
hi facile creditu est, longinquata
æstatem, morum Slavicorum mixta,
accessionesque alias forte factas, eam
quæ nunc est, dissimilitudinem in-
ferre potuisse. Ne quid dicam de
insigni discrimine, quo ad nos delata
Juri Suerinensis fragmina, apud ill Dn.
WESTPHALIUM, in *Specim. mo-
numentorum Mecklenburgg.* p. 209.
Joh. SIEBRANDUM in *J. P. Civit.
Lubec.* p. 99. TARNOVIUM in
*Prægemi Tractatus de feudis MECK-
LENBURG. & BERNH. HEDERI-
CHUM in Chrow. Suerin ad an. 1235.* in-
vicem recedere deprehenduntur.

(*) Ita statuendum duxi in der
*Einleitung zur Pomm. und Rug. Lehn-
Hift.* p. 147. seq. & 239. nec inveni
hucum, quod ab ea me potuisse
dimovere sententia.

X

hoc ultimum jussu; sed libitu inservivit. Tantum abest, ut doinesticas leges nostras abegerit (†)

§. IX. Amplior nunc differendi locus esset, de Collegiis priscis ad jus dicendum, de judicij publicis locis, modis & ceremoniis, deque provocationibus ab uno tribunali ad aliud; sed memini, non hic mean hanc esse prolixitatem, nec brevitatem, cuius a conscribenda Juris & rei juridicæ nostræ, historia alienus, impræsentiarum, est animus. Et supervacuus labor foret, postquam in eo genere, jam alibi, mihi, ut cunque potueram, otia paravi (††). Hæc prælibasse in rem præsentem visum est, ut ex generalioribus quibusdam, ad materiae excutiendæ arcem, via panderetur: quam ubi ingressi erimus, ex illis capitibus, quæ hic præterimus, unum, alterunve curatius edifferendi, tempestiva occasio dabi tur.

CAPUT II. ARGUMENTUM QUADANTENUS DILUCIDANS.

§. I. **A**nte omnia animadvertendum est, pristinis temporibus, uti præcepimus, jus *Suerinense* inter nostrata fuisse. Pomerani una cum Rugianis habuere (*), civici s. Burgenes (†) cum

agra-

(†) *Juris Canonici* usum, una cum primordiis progressibusque, Sacrum Christianorum apud nos invaserisse, credendi ratio est. *Iustinianus* pedentim succedit. In membranis seculi XIII, frequens iam tum commemoratione illius occurrit. Testatur id verba, paulo ante, ex diplom, an 1249 allata. Et præsto est aliud monumentum rare antiquitatis, processum cause judicialis, inter comites Gutzovicæ, & monasterium Udomense, in foro Episcopali Camminensi, recitans, de an. 1265, ubi plus simplici vice, partes ad Pandectas, que ac jus canicum provocant.

(††) *In der Einleitung zur Pommerschen und Rugianischen Iuslitz-Historie*, p. 25. seqq.

(*) De Pomeranis res in confessio est. Loquuntur id scriptores nostri KANTZOVIVS, KLEMPENIUS, ENGELBRECHTIUS in *Chron. MSS.* EGYD: van der MYLEN in *Antiq. Pom. Republ. RANGO* in *Pom. Diplom.* p. 95. & 105. De Rugianis testem se præbet, compilati Juris provincialis rugiani ipse auctor Tit. von Erbschichtung, & ex *Capitulis* & *Fragmentis* *Jur. Suerin.* que legerre licet ap. Sibrandum l. c. si conferas cum iis, que in *Cod. Jur. Rug.* passim habentur & *J. Suerinense*, ut rivuli fontes, sapient.

(†) De civitate Stargardensi totidem verbis produnt CRAMERUS

agrariis, nobilibus pariter ac rusticis. (*) Quin civitates, et si suo jure intra mœnia & pomœria utebantur, in prædiis tamen ditionis sive, illud retinuerant(*†). De Stralsundia nostra nihil dubitandum relinquitur. Plus

B 2

sum-

L. I. C. 18. p. 51. Cbr. ed. in 4. & ENGELBRECHT in Cbr. MS. quod incunabulius illius, *Jus Suerinense* adscriptum sit. De Bardo & Tribus identem autem HELWIGIUS noster in Collegio MS. jam citato ad Pos. 25. sed vereor, ut ratio subficit opinioni, cuius non aliud argumentum præfert, quam quod MICRÆLIUS L. VI. Seines Pomeranies p. 432. ed. nou. scribit 1256. bat Jaromarus aus Rügen der Stadt Barth Recht geändert, ins Lübsche Recht, atque HERM. BEHRIUS in Nott. MSS. ad CRAMERI Hist. Ecclesiast. daff 1285. Tribus mit teutschen Recht bewidmet, quod, quorum valeat, non disceptabo: quamvis non admodum negaverim, ob victorias HENRICI Saxonis, cognomento *Leonis*, ius Suerinense è Megapolia, jam tum ei subjecta, in Pomeraniam cis- penam aut primum delatum esse, aut civitatis, qua tunc in eadem fuerunt (sed Bardum & Tribus erant) præ consuetudinibus slavicis commendare se potuisse.

(*) Huc spectat MICRÆLII testimoniun l. c. L. VI. p. ed. cit. 392. Dass die auf den Dörfern gemeinlich Schwerinsch Recht hätten. Sed illimitatus est KANTZOVI L. XIV. Tit. von Recht und Gewohnheit des Landes: auf den Dörfern braucht man Schwerinsch Recht. KLEMPZOVI US hoc quidem non ivit iuficias, sed

insimul testis est, ob varia iniqua suis, illud paulatim abrogari coepisse. Ex begante aber, inquit, das Schwerinsche und Wendische Recht, umb seiner Unbilligkeit willen, febr abzunehmen. Non omni tamen usi excidisse, sed Seculo XVII. quo Micraelius scripsit, plerumque adhuc valuisse, jam allato testimonio illius evincitur. Quod ad nobiles perinet, res in ambiguo versatur. Nempe iidem illi Scriptores uno ore contendunt: Die Fürsten und Lehn - Leute gebrauchten Kaiser-Recht. Quin & de ruricolis nobilium æque ac Principum in Praefecturis, paria pronuntiare non dubitavit Dn. HELWIGIUS in MS. eis. Posit. 6. & ex Ord. Ruff. adstruere voluit. Verum salva utrinque res est, si ad temporum diversa respiciatur. Etenim, quod olim apud nobiles nostros (in feudalibus etiam) ius Suerinense, qualecumque tunc fuerit, usurpatum sit, nec MICRÆLIUS ipse, nec alii Scriptores nostri diffidentur, & maxime eluefecit ex Ordinatione Judiciali D. Wartislai IX. de qua conf. Einleit. in die Pomm. und Rüg. Justitz-Hist. p. 34. & 46. seqq. und Verfœub der Pomm. und Rüg. Lehn - Hist. p. 50. De ruralibus aliis, Tabula forenses litium contestatarum, ad ius Suerinense exactarum & definitarum, que passim adhuc sunt, abunde loquuntur.

(*†) In prædiis, inquam, non vero

XII

simplici enim vice testantur è scriniis publicis deponita, quorum copiam præcepimus, in villis, aut proprietate, aut jurisdictione, ad eam spectantibus, non alia, nisi ex jure Suerinensi sumenda cauilarum patrocinia, locum invenisse. (*)

§. II.

in agris urbicis (auf dem Stadtfelde) qui eodem, cum civitate ipsa, jure continebantur. Sicuti DUCES BOGISLAUS IV., BARNIMUS II., & OTTO I. in litteris donationis civitati Demmino, 1292, concessis, de territorio eidem adscripto descriptoque, predictos terminos, dicunt, cum sylvis, pratis, . . . dñe civitati ap. ponimus, eo jure, quod Stades Recht, dicte in vulgaris. Et tum demum, in eisdem litteris, ad villas & prædia deveniunt, quorum proprietatem, eadem liberalitate, civitati impertiebant. Non opus est multis, in eam rem. Nam documentorum publicorum, que haud una in scriniis meis sunt, manifesta fide, elucescit, in villis civitatum nostrarum Jus Suerinense viguisse, nec quicquam, in eo, mutatum esse nova eorundem, in municipliis, transformatione.

(*) Rem claram faciunt verba: *Dass die Stadt Stralsund mit Schwerinischen Rechten, außerhalb Rennen-Paums und in denen umliegenden eigenthümlichen Land-Gäthern, wie dan auch andern, Ewr. Fürstlichen Gnaden Unterbanen dieser Orthen mehr, dan über 100. Jahr bewidmet gewesen, ist niemande verborgen, und im Fall der Notb, berrlich und wohl darzuthun. Ubi notandum est 1) verbis: Außerhalb Rennen Paums, nihil indigitari aliud, quam extra li-*

mites territorii & Jurisdictionis urbicae, vel außerhalb den Lubischen Baum, ut de re forensi ad jus Lubecense estimanda, loquendi ratio tulit. Nam RIN s. Ren, apud OTTERFRIDUM, veteri germanico, denotat terminum s. limitem, à verbo Rinnen, separare, quia terminis agri atque ditiones determinantur: Unde Rein-Strom dictum, autumnar SCHILTERUS in Glossario Teut. ad voc. Rinen, quod WIPPONIS, in Consrado Salico, fide, germaniam a gallia separavit. Ut in ratione has in eas, vox: außerhalb den Rennen-Baum, sit arbor & pessulus, locum judicari, seu cancellos ejusdem munient, aut jurisdictionis limites determinans & dictum: außerhalb Rennen Baums, non aliud, quam quod antea interpretatione sum, innuat. Conferetur hinc demum, jus Suerinense, in agris sundensis, extra territorii & Jurisdictionis urbica fines, (quod extra Stades-Marc in Diplomatibus dicitur) utique usum habuisse. Hand praetereundum 2) videtur, ultra etiam ditionem peculiarem Sundensem s. prædia in proprietatem & possessionem civitatis data, ad illa jus nostrum pertigisse, qua non possessione quidem, sed proprietate tamen, eidem adscripta erant. Quod enim illis temporibus, usu frequens esse solebat, ut terræ Principes in-

XIII

§. II. Hæc igitur in tuto esse arbitror. Jam vero, quæ processus ratio, quæve devolvendarum sententiarum series, eo jure observanda fuerit, ex instituto edifferendum est. Expediam utrumque. Et vigilatim. Litis initium facturus, ad judicem ordinarium & proxime competentem, querelam deferebat: quam, si fundatam ille reperiebat, & acceptabat. Condicebatur tum dies partibus, ad disceptandum causam. Poterant contendere ipsimet litigantes; poterant, qui vicem gererent, Patronos sistere (*). Non quovis diei tempore judicium habebatur.

B 3

Sta-

tegrorum prædiorum, domuum singularum ararumque ruralium, quas curtes dicebant, & aliorum bonorum immobilium proprietatem, cum Jurisdictione, aut communitatibus, aut privatis, largirentur; id à Principe Rugianorum WITZLAO III, anno 1290 & filio Successore, ejusdem nominis quarto, an. 1319 fundensib[us] tanta liberalitate contigerat, ut quacunque ad primum ab urbe lapidem sit bona, in peculio, & eodem beneficio, comparandi etiam potestatē haberent. Igitur, quamvis non compararunt quidem omnia, vi tamen proprietatis, inde ab ea Principum suorum munifica donatione, juris, per eadem, administrandi, plena facultate usi sunt. Neque minus 3) circa verba adducta, observari meretur, quod Senatus Sundensis asseveret, se ultra centum annos jam dotatum fuisse jure Sueriensis in prædiis illis suis. Nam, si cogites, hanc confessionem, annum 1547, præferre, & stricte sumas afferatum, ad medium ferè Seculi XVti origines ejusdem juris ap. ipsos reducendæ forent. Sed ea altiorem res indaginem meretur, quam pro præsenti negotio. Ceterum nec Stralsundia, unicum ejusmodi exemplum adest,

De *Gryphiswaldia nostra simile vide*
fs in der *Einführung in die Pennm. und*
Rug. Justiz-Historie p. 54. Not. I.
Neque Demminum causas ruralium
suorum; alii, quam *Suerinenibus*
Legibus excusisse, paratum, præter
alia, argumentum habeo, sententiam
quandam a subfelliis demminensibus
pronuntiatam 1484. in causa *Claus*
Reppinen actoris contra Tidecke Tro
ggen, incolam villæ *Dewen*, ob duos
mansos agrorum *Dronowitzenium*:
quam vel eo nomine rariorem puto,
quod procedendi ad jus *Suerinenſe*
modum, haud exiguum partem, ex
ponit, cuius mox superior copia da
bitur. Stat igitur sententia de juris
illius usū in prædiis Sundensium,
eoque magis indubitate est, quod
nec ipse Princeps in Rescripto suo
de 1573, d. 19 Sept. id diffiteret, ver
bis his diserte dicens: *Es wäre vielen*
ibres Mittels nicht unbewußt, daß man
vor alters allein Lübeck Recht, in der
Stadt und Ringmauern, in den umblie
genden Dörfern, und auf dem Lande
aber Schwerinsch Recht gebraucht,
und in fürfallenden Sachen darnach
gesprochen und erkannt habe.

(*) Secus id fuisse potest, quile
geit apud KANTZOVIUM &

XIV

Statum erat, quo judex & assessores, sive *Gefindi* illius conveniebant. Post confessum factum, cancelli claudebantur. Sic formare judicium moris erat, quod *Hegede Ding* dicebatur. Ubi comparuerant Actor & Reus, tota causa exponebatur disceptabaturque. Tum Judex in commune consulens, utrinque ponderatis meritis, jus dicebat. Si emanferat reus, secundo & tertium, in Jus vocabatur, singulis quatuordecim noctium spatis interjectis. Venire non ausus, aut aspernatus, deseruisse causam credebatur. Ita denique sententia Judicis, causam dirimebat: Non inaniter certe, sed severa exequendi auctoritate, ut in rebus, ad Jus fasque pertinentibus, nec lenitati nec levitati quicquam tributum videretur (†).

§. III.

KLEMPZENJUM II. cc. Es muss sich im Schwerinschen [Recht] selbst niemand verantworten, sondern durch einen Fürsprecher, und wo er ein Wort redete ohne fürgegebene Erlaubniß, so bat er den Hals verbrochen, den er mit Gelde lösen mußte. Sed videbimus mox exemplam stantis, in foro suerinensi, actoris ipsius & causam suam perorantis.

(†) Hanc adumbrationem, qualunque sit, veterioribus chartis atque membranis judicialibus debeo, quarum precipuam aliquam, nec forte injucundam, & prope rem nostram, hæc copia B. Lectori exhibeat: *In Erlüchte Hochgeborene Fürste und Herre, Herre Buggeschlaff tho Stettin, Pamern, Cästben, der Wende Hertoghe und Förste tho Ruigen, Greve tho Gützkow, de Burgermeistere und Ratmanne tho Demmyn, nach unterdangen fledigen willigen Denfie, dohn kundt, wytelick, openbar jworen Förstlichen Gnadeu, alße unsēm gnedigen leuen Herren und enem jedermann, dær desse bref vorkommende*

werd, dat wy bebben befahlen unsēm Unterrichter dorcb Schweiener Recht tho richtende vor unsē Stadt Dore, by namen dat Calandische Dore, uppe de clage Claves Reppins unsē Börger gegen Tidke Trogbe wanende tho der Dewen van wegen twyer bouen in unsēn Felde Dronnevitzer belegen, van beiden parten Klage unde Andwörde tho hörende up erer beider bewijs, so uns desélve unsē Underrichter wedder ingebracht heft mit des vulkamen rich-tes unde Gefindes ock der Thüre bir to geropen underschreuen stan, dat he mit enen vallenkamenden heghede Richte sezen heft zu Rechte, rechter tydt daghes up den middewecken vor der Crutzwecke, dat de Claves Reppyn syne Klage vorbrachte, dem de Richter bestundt, wo de vorbenannte Tydke Troghen synen acker ploghet und seyten badde metb waldt unde nevner rechte, sunder synen voilen edder der synen, dat be alſe ein An-ekleger bewysen wolde, unde bath sick dorcb recht ene biefate up de frucht na Ordel unde Rechte, de richter dor-

§. III. Jam vero nec ambigo dicere, eadem methodo, controversias in prædiis civitatum subortas, ad oppidanum cuiusvis Judicium pertinuisse. De Demimino, ex literis modo allatis, res expedita est. Ecquis vero de Stralsundia nostra dubitaret? Nempe non alio referendum existimo, quod de causis, prima querela, ad *Stallum Stralsundense* de-

wolde darup fürdar vortvaren alſe Schwerinis Recht, alſe denne mit Ordele ſodane Sacke ſchein was, dar denne Claves Reppin ſyne erſte Klage up anſetzete, di vorth geſunden warth na Ordele undē Rechte, tho der andern Klage auer verteygen nacht zthom negeſten Dinge vort to varenden na recbte, alſe de urkſtimmende recht dach quam, up den middeweeken vor Pingelten heft claves Reppin, darſilvest na vorsfarner wyſe, ſyne andere Klage dan up de beſate des Ackers unde de Frucht unde warth vorth geſunden mit Ordell unde Recht der drüdden Klage tho volgende vort auer verteygen nacht alſe Schweriner Recht were, unde dat men den beklageden tho haue unde tho huse wittlich don ſchulde, darumme be buzen richtes beſeten were, eftē be tho der clage antwuerden vvolde, he queſte edder ſende ſyne mechtigers edder nicht, niects deſto min vvertb proceſteret na rechte, alſe Schwerins Recht utbuvſet, alſo denne de drüdde Rechtſtach up den Frydach vor Johannis Baptiſte quam, quam Claves Reppin vor dat vulkamende Hegede Dinge, mit den drüdden clage unde vvardt vorth geſunden meſt Ordele dorſ Recht, alſe de beklagede nicht vorquam, ſo em dat vorwittlichte vvardt unde vorkündiger wi-

tho haue unde tho hufe ſchriftlick unde mündlich dat den beklagede Tide ke Trogb noch to aen mahlen dom Dinge esben unde ropen ſcholde, alſe na recbten ſchein was, de beklagete nich vorquam, noch nemand von ſynen wegen de tho der clage andtwor den vvolde, edder bevoſtliche breue Claves Reppins vveddersprecken eftē driend konde, vvardt vorth geſunden na Schwerinſchen Rechte, alſe de beklagete up dyt alle vorschreuen nicht to antwerde quam unde be also tho recbte eſket unde ropen vvere, mochte de Richter Claves Reppine de clage acker mit der Frucht tho richten unde na Rechte enne daran wvſen, em unde ſyuen eruē to bruckende, alſe ſick de Richter meſt der Richtes Gefinde vvol beraden hadde, beſt Claves Reppine tho den bonen mit der frucht vormittelſt eneme Tekem yngewoſter unde ſhogerichtet em unde ſyuen eruē tho ewiger bruckinge mit vvedderdarlanginge Koste unde Schäden, ock vvard fürdar funden mit ordele unde recbte, eftē claves Reppine jemand vvaldt daranne dede eftē den ſyuen unde ſe dat ſtürren konden, vvardt de van den voldenern woll wunder edder dorßgeſlagen, ſchab imme recbte nen broke naſfolgen, Hirumme gnedige lene Here wollen Juwe Forſtliche Gnaden bidden demödigen,

XVI

deferendis, commentarii nostri testantur (*), quam quod Judicium civitatis Sundensis ordinarium (advocatiam ea Sæcula vocitabant) hoc nomine intelligendum sit. Illud, inquam, civitatis Judicium, quod, pariter ac in aliis Pomeraniae Ruginæque urbibus, inde ab incunabulis earum, ad Principum Regalia spectaverat; donec primum nobilibus OSTIIS, deinde Senatui Sundensi Civitatis oppignoratum, & denique totum totum, insigni pecunia summa, anno MCDLXXXVIII. a BOGISLAO X, iusta venditionis emptionisque titulo comparatum erat (†). Nec temere interpretor; sed monumentorum medii aevi vestigiis incedo, subnixus fide eorum, qui scrutando abdita veteris lingua nostræ, investigarunt, *Stallum*, sensu forensi, cum judicio utique paria facere (‡).

§. IV. Floruit autem longo ævo illud apud Sundenses forum municipale & ab civitatis ipsius natalibus originem repetit. Pariterque ac Demminense aliaque civitatum aliarum ejusmodi judicia, suum judicem ejus-

dem upgenannten Reppine unsem Börger
bylichinge unde bytland don in synen
rechteferdigen Sacken, verschulde wy
weddernumme in enem volle groterenn
- - Juwe Gnaden nba alle unsem
vermoghen, Gode allmechtich Juwe
Gnaden sunt sparen tho langben see-
lichen tyden, bis an unde auer syn
gewesen de Ersamen manne Lauren-
tius Vüncke, Hinrik ghodebend, Tyd-
ke schake, Claves Wiben, Matbias
Plate, Hans Lewemecke, Hans Han-
nenban, Hans Blycke, Claves Han-
nenban, Hans - - - Claves Sadow,
Marquardt Meyer, Claves Brunsow,
Hermen Hadeler, Michel Kruse, Her-
men Mouwe, alle Börger und mehr
louen wertb syndt, in Tüchnisse der
Wahrheit, dat dyb allis gescheben
yss, yss unsre Stadt Secret gehengen
gegen benedden dessen unsen bref de

screuenn yss vor nativitatis Marie an-
no Domini MCD octuagesimo quarto.

(*) Verbis: Wan jemand in den
Stadt Güthern gefreute, oder Gewalt
gesiebt, hat er allemahl auf den Stadt-
Stall (als woselbst auf des Raths
Vergönstigung auch die Landbegü-
terte das Schwerinsche Recht gehal-
ten) das Recht erwarten müssen.

(†) Vid. m. Hist. Bericht vom Ur-
sprung der Stadt Greifswald, ed.
Gryph. 1733. 41 p. 64. not. k. 65, sq.

(‡) Dic me ambiguum habuir
vor Stalli Stralsundensis, nec satis
intelligere potui, quid hoc rei sit,
quod causæ villaticæ, in stallu sun-
densi [auf dem Stall zu Stralsund] di-
metiendæ fuerint. Tandem, ubi
CAROLUS du Fresne in gloss. ad
Scipp. med. & infimæ latinitatis
scem meam fecellerat, e SCHILTE-

XVII

ejusdemque *Gefindos* s. iuris dictandi exercendique socios habuit (*). Erat, quod dixi, olim, sicut omnis per provincias nostras, civitatesque iurisdictionis potestas, summatus Principis pars, perque castellanos & advocatos ejusdem administrabatur: magna designatione: præcipua apud Sundenses. Et tanta, quod mireris, ut neque effusa WITZLAI III. largitas, neque summa indignatio WITZLAI IV. adverfus eosdem, neque WARTISLAI IV. primi, e Pomeranis, Rugianorum Principis, in omnem commendationem novi imperii parata liberalitas, ad detrahendum quidquam ex ea dignitate, valuerit: nisi eo referas, quod, istius indulgentia, ad constituendum advocationum Sundensem,

con-

RI glossario didici, *Stall* atque *Stapel* ejusdem notationis vocabula esse & proxima quidem vi, stabulum, equorum imprimis, ac quamvis fixam sedem stationemque significare, sed tristitio usu, etiam ad locum juri cuncto inservientem, referri. Quin ipsius Principum palatis, quæ tunc temporis, pro tribunalibus erant, adhibitus esse, nec obscure, apud eundem Schilterum, proditur. Et MEIBOMII sententia, celebratissima antiquitatis *Heresstallum*, non aliunde hoc nominis acceptis, quam quod palatum ejusmodi Francicum in diœcesi Leodiensi fuerit. Ne dicam de *Stallo Stromburgensi* [dem *Stall* zu Stromburg] de quo videre est, apud LIMNAEUM J. P. IV. 87. & add. 7. Juvat insuper egregie, quod SCHILTERUS *stall* synonymon *stapulam* facit, de qua Excellentissimus Dr. MANTZELIUS Sele& Jurid. Specim. XIV. Post. Mecklenb 3 recent exploratum dedit, non aliam quam: Judicij urbici inferioris notio nem illi subesse. Nec aliorum re-

spicit, quod de appellationibus ex municipiis nostris, ad Judicium Lübeccensium, dici confuevit: daß sie an den Stapel zu Lübeck gegangen. Accedit etiam domesticum Juris Vandalo-Rugiani testimonium, quod Tit. 163. judicium provinciale rugianum diserte *Stapulam* vocat, conf. Tit. 167. Ita denum collige assertum: *stallum Sundense* judicium hujus civitatis inferius, adeoque *stallum* sine stabulo fuisse. Nam, quod, quasi pro interpretatione, in commentariis nostris, additum est, stabulum *Senatus Sundensis*, proprio nomine tale, iudicio causarum Suerinensium, specie li indulgentia, patuisse (daß daselbst auf des Raths Vergünstigung auch die Land Begüterte das schwärische Recht gehalten) id quidem privata extra hentis glossa videatur, quam stabuli nomen fuggerere potuit.

(*) Vocabulum *Gefinde* antiqui idiomatici nostri est & descendit a primitivo *finda* i. e. *itinera*, ut *Gefude*, vi proxima, sive itinerum *comites* (Reyse Gefehrten). Sed abiit

C

XVIII

consulum civitatis ad stipulatione opus esset (†). Par aestimatione auctoritas tamque insignis, ut vel suas, quae forte incidenter, controversias, cum uno altero civium Sundensium, eo deferendas permitterent principes nec quemquam eorum a domesticis cancellis evocandum vellent (†).

§. V. Eodem igitur, & prima delatione, ruralium lites ducebantur, qui circum circa Stralsundensium prædia colebant incolebantque. Antiquo WITZLAI III. munere, quod annum MCCXCIVm insignivit. Displiebat hæc patris munificencia filio cognomini Successori. Verum est. Et, si recte in eo rationes, inter causas belli hunc principem inter atque Sundenses numerabatur. Sed illibata perslitit & post pacem redditam ipsiusnet confirmatione uberiori, an. MCCCXXI. novum robur accepit. Nec abnuere exemplum Duces Pomeranie, qui post fata gentis Serenissimæ indigenæ, rerum apud Rugianos potiti sunt, generationi uni post alteros privilegiorum Sundensium vigorem munientes; Sed WARTISLAUS V. civitatis nostræ fortunis impensis favens, speciatim ac totidem verbis, eam iudicandi agricolarum causas facultatem, anno MCCCLXXXIII. iustis tabulis reiteravit. Neve putes, quidquam in eo mutatum esse, ex quo a Principibus terra, ad civitatem Sundensem transit illud forum. Nam prorsus eadem amplitudine siue simile eidem a BOGISLAO M. traditum est (†*).

§. VI.

vox in communem sensum & quosunque familiares ac, ad idem negotium, socios adjuventesque, notare coepit. Ita, qui à ministeriis aulae principum erant, das Fürstl. Hof-Gefinde, familia Palatina, principisque domestici & familiares audiebant. Ut iam in proposito sit, quo nomine Judicis Gefinde dicantur, qui justitiae administrandæ conjunctam operam navant.

(†) Nitor verbis WITZLAI III. in Privilegio fundensi an. 1321. domin. III. post festum Paschæ: *in qua (civitate nostra fundensi) sub-advo-
catus nullo modo ponendus est, absque*

*consensu & voluntate predictorum
consulium, aut ipsi judicabant pro no-
bis, aut sicut ipsi, ne quis judicio
negligatur.*

(†*) Proabant hoc varia Stralsundis privilegia, quibus jux. illi, de non eveniendo, concessum est.

(†*) Manifestu m. hoc faciunt litteræ venditionis emptionisque Principis huius nomine date Sedini, die Mercurii post festum circumcisionis, verborum hoc tenore: *Ock bebe my vorgewannte Her vor uns unde
unje ewige nakomlinge midt rade und
wullen unser leuen getruwen Radge-
ueren, den gemelten unsern Burger-*

XIX

§. VI. Novimus an fallor? primum ruricularum Sundensium litis
contestandæ forum; novimus diceptandæ formam. Jam vero, si alte-
ruti partium, ob sententiam molestiam, non satis factum videbatur, quo
promovenda fuerit insuper quæras. Et hærebit fortean, audivisse, ad
Pareciam Püttensem (*) provocaturis, viam ulteriorem juris patuisse.
Sed accipe sententiam. Etenim ego, quæ de hoc Tribunali Puttenfi,
in commentarîis nostris, memorantur, non alio interpreter, quam quod
curiales Püttenenses, s. templi hujus loci consortes coloni, cum *Scultero*,
i. e. praefecto suo ruslico, in concilium forense coacti, causas a *Stallo*
Sundensi ad se devolutas, iterum examinandas definiendasque suscep-
rint. Si quis dubitaverit, illum scire oportet, tanta olim, in patriâ
nostra, pariter ac communi Germania, patrocinandæ justitia curam
fuisse, ut nonsolum ipsi Principes, cum amicis suis, in jure dicundo,

C 2

pas-

meisteren Ratmannen und gantzer
meinheit unsrer ebergenmeden Stadt
Stralsund und erenⁿ gemeinen ewigen
nakoulingen vor - - gulden, de
wy van ehn tho voller noge an guden
golde entfangen und upgeboret und in
unſe und unſer Lande bewisiken nadt
gekamen sindt vor der makinge dieses
breues to einem ewigen und echten
kope, rechtlichen und redtlichen vor-
kofst, vorletten und voreignet unſe
Gerichte und Vogedie thom Stralsun-
de mit aller Frigkeit, Genüte und
Herlichkeit dat tho bruckende bebben-
de und besittende, so quidt und fry,
alſe vorben unsres seligen voröideren
und vorsfahren dat brucket gebatt
und beſeten lebben - - aljo dat de
obgenanen Vogedie und ganze Ge-
richte beide högeſte und ſteſte abn
Hand und Haſſ und ſuß, wo idt
ſich behousen ſchöle, to richende ewig-
lichen, bei unſer vorgenannten Stadt
Stralsund bliuen und wesen ſchall,

und uns, eſte unſen nakomlingen dar-
nichte anne bewaret eſte beholden, ob-
ne alle Gefehrde.

(*) Villa Putt, quæ ad primum à
Stralsundia lapidem, stagno Püttenfi
adjacet, multum etate civitatem supe-
rat. Etenim jam MCLXX. in di-
plomate fundati Episcopatus Sueri-
nenſis, sub vocabulo *Pithne* occur-
rit, & tante tunc designationis fuisse
ostenditur, ut toti provincia principi-
patus cis - marini, quæ à Tribusea
ultra Stralsundiam versus promon-
tum Bardebouet, protenditur, suum
indiderit nomen. Quo argumento,
haud obſcure cognoscere licet, jam
tum pro more illorum temporum,
aut judicium provinciale s. *Land-*
ding, aut caſtrenſe s. *Gard*. Voigtey
ibidem celebratum fuisse. Templum,
quod hodienum, multa antiquitatis
specie seruat, sine dubio an. circi-
ter MCLXIV. accepit, quo, con-
junctis Danorum & Saxonum armis,

XX

passim, per provincias suas, versarentur; sed & delegati muneris, ad integras ditiones, minores tractus, singulaque oppida & villas, advocatos (ut dicebant) provinciales, subadvocatos, juris antisitites administratos que alerent (†).

¶. VII. Nostrum nunc est, ea explicare, quae ad rem judicariam spectant, ut in villis agrisque olim fuit: cuius, post sollicitius comparatas rationes, hanc faciem exploratam habeo. Praerat singulis prediis rusticaniis (††), e numero colonorum, unus, qui sincipite occipitoque acutulus videbatur. Titulo muneris, tunc pregnanti, nunc ferme vacuo, *Sculterus* vocabatur (†*). Officii partes variae. Huc pertinent, ut componeret ad bonos mores pacemque, vicinos fuos, &, si quid fecus patratum erat, pro ratione culpæ, aut amicabili opera uteretur, aut via juris. In gravioribus delictis, aut aliis causis, pondus habentibus, vicinorum ejusdem villæ, quin aliorum priorum congregatione forensi opus erat. Ita inquirebatur in casum, more judiciali. Decretum sus-

universa isthæc *Circipanorum* (ut tunc dicebant) terra expugnabatur.

(†) Hæc antiquissima, ad cultum themidis, domestica instituta, ignorare non possunt, qui rem diplomaticam nostram familiariter cognitam habent. Siquidem claris hinc testimonii eluecscit, quod dictum est. Qui per integras provincias jurisdictionem exercabant, advocati provinciales, *Landvoigte*, ipsaque collegia, judex scil. cum *Gefindis* suis, advocatis provinciales, *Landvoigtryen*, *Land Voigtrye*-Gerichte nunquam cupabantur. His subjuncti erant *castellani* [Gard-Voigte vernaculum nomen erat], qui per suos, quisque, tractus, primas litigantium querelas audiebant, salva provocandi ad illos potestate. Tum, qui oppidanorum lites excutiebant. Sub-advocati erant, Et denique singulis villis, praeside-

bant *Sculteri* cum colonis rusticis, vicinorum causas excepturi: quorum collegia der *Schultzen Gericht* dicebantur.

(††) Talia, præter equestria, tantum non omnia, apud nos, olim fuere. Nondum enim, illis temporibus, mos erat, semotis colonis rusticis, ad unum latifundium, rotos ejusdem ville agros redigere; quod novum in re rurali inventum sœculo XVI. demum, hic terrarum invaliditatem incremento, an detrimento Reipublicæ majori.

(†*) Quod veteri Teutonismo, criminis arque culpæ judicem designabat, & perinde est, ac *Schultheit*, s. *Schultheis*, quia in rebus culpam habentibus, potestate iubendi & statuendi poilebat. Officium ipsum *Sculteria* dicebatur. Conf. hoc du FRESNE & SCHILTERUM ll. cc.

XXI

fragii. Neque litibus tantum discutiendis, aut pravis vindicandis in serviebant ea conciliabula rustica; sed & rebus majoribus solenniter consummandis adhibebantur (*).

C 3

§. VIII.

(*) Colligo dictorum fontes: qui probe memini, nihil hic mea, sed monumentorum auctoritate pervinci. Igitur, ejusmodi, olim, apud nos obtinuisse, judicia rusticana, inde patere exstimo, quod in omnibus villis rusticis, hodiernis sculletonum nomine praefecti adiunt, non constitutione nova, sed usi longo, a remotissimis seculis mutuo. De Megapoli etiam sua hoc probat Excellentissimus Dominusque Dominus Professor MANTZELIUS in Selectis J. sepe laudatis Spec. IV. Pos. 1. & 2. Sed in precipuis, ad narrata mea stabilendum, argumentis, censeo Tabulas quasdam Notarii publici Anno MCCCCXXXIV scriptas. Si negotium scire cupis, dicam. Convenerat inter Abbatem Puglowiensem & Frates Schwerinios justo contractu, de curia Catzcovia cum quinque mansis. Hi vendiderant temeritatem illę. Jam vero, ut corroboraretur ea transactio, convocandum erat judicium rusticum Catzcovensem. Loquatur nunc ipse notarius in suo instrumento! Ita videbimus, que fuerit ratio ejusmodi judiciorum, quamvis habuerint, in ejusmodi casibus, juris potestatem. Sic autem ille: *Et ut iam dictum est, ut est juris, moris & consuetudinis Provincie, eo forciosi robararent, tunc jam dicti fratres [Schwerini] Johannes, Henricus, Janecke & Soffecke, soror ipsorum cum marito suo prefato ad iu-*

dicium civile ipsum ville supradictę unanimiter & concorditer properaverunt, ac in presencia sculletoni videlicet Nicolai Laurens, fiorumque assessorum judicium civile representancium, nec non aliorum multorum proborum virorum circumstantium & judicio hisusmodi adnuncium prostantium de diversis villis, scilicet Lebometze, Lütebuck, Gbagbelin, Ghäreke, Neuerome, Basin, Seben, ac Neppermyn, quorum omnium nomina hic habere volumus pro insertis, meliori modo, via, jure & forma, quibus potuerunt & debuerunt pro se & suis heredibus predictam curiam cum quinque manesis sibi adjacentibus & omnibus attinentiis, libertatibus, usi, usi fructus ac pertinentiis suis omneque actionem & impetum, ac omne jus quod ad dictam curiam ut prefatur & ad totam villam Katzcovam usque haberunt pro se & heredibus suis, ad manus sculletoni prenominatis, per cuiusdam pilei tradicionem de manibus suis liberis pure & simpliciter resignaverunt & dimiserunt. Qui sculletonus nomine quo supra mox predictam curiam, cum suis quinque mansis, ac omnibus pertinentiis suis omneque jus quod ad eam ac ad ipsam villam Catzcovam sepedicti fratres cum fratre ipso, ac eorum heredibus habuerunt in & ad manus prefatorum Dominorum Hinrici Abbatis, Jobannis provisoris, Laurentii plebani canonico-

§. VIII. Atque eandem rationem judicij Püttenensis fuisse, utique perfidum habeo. Quin ea auctoritate præpolluit, ut, in rebus Sundensium, provocatorium & secundæ instantia Tribunal fuerit, præbeatque rarum, ne ad æqualem quidem, sed ad inferiorem, appellationis exemplum. Quod vero commentarii nostri, ad *Pareiam Püttensem*, provocandum fuisse, volunt, nihil aliud innuit, quam quod ad colonoꝝ rusticos (*) e villis, ad Parochiam Püttensem spectantibus, in judicium vocatos, persecuturis litem, eundum erat. Quid vero subsuerit causa, cur ad forum rusticum ejusmodi partes ablegata sint, non quidem multis milii disquidendum videtur, qui in rebus facti enocandis versor. Sed forte non leviter opinor, ipsam causarum ruralium naturam, rurales etiam judices postulasse, quoniam cuilibet in sua arte credendum videbatur. Et dixerim hæc instituta, inde ab illo tempore repetenda esse, quo Püttenensis illa, cum aliis circumquaque villis, peculio Civitatis Stralundi adscribi cepit. Tum enim, si conjecturæ meæ locus esse potest, ad temperandam novæ Jurisdictionis formidinem, quæ animos villarorum istorum agitare poterat, illud remedium placuit, ut controversiæ, quibus implicarentur, ipforummet dijudicationi submittendæ essent. Sed dixi, me conjectere, non definire, non decernere.

Ita

rum ac fratri Hinrici advocati vice
et nomine, quo supra ulterius dimisit
transfultus & resignavit omnemque
proprietatem, utilitatem ac omne ius
in hac parte in eos totaliter conver-
tens, renunciante cum hoc predicti
fratres, cum sorore eorum prefata
pro se & suis heredibus, omnibus ju-
ribus, graciis, libertatibus juris vel
faſi, quod eis aut corum heredibus in-
dicta curia & quinque mansis, ac in-
dicta villa Kazzove bucusque compe-
tebat seu competere potuerit in futu-
rum, nullam actionem vel impeticio-
nem ad dictum Dominum Abbatem vel
ad suum monasterium, etiam ex qua-
cunque causa amplius retinentes, Acta

sunt hæc anno, indictione, pontificatu
& alis quibus supra. Presentibus
ibidem valido viro Domino Johanne
Nyengerken militi & advocate castri
Üzdum, nec non discretis viris Jo-
hanne Labban, Nicolaø Rofentreder,
Johanne Godekens, villarum Bossyn,
Cutzowe & Gachelyn sculsteti, Ar-
noldo & Petro fratribus dictis Tym-
mermanne morantes in villa Lobeme-
tze, Michaelo Smyd in Staben & quam-
pluribus alis fide dignis in prenomi-
natis villis habitantibus testibus, ad
premissa specialiter vocatis & roga-
tis

(*) Die auf ihren Hafen gesessene
Bau- und Bauer-Leute.

§. IX. Ita, ut potui, interpretatus sum, quid sibi velit obscura ea, de appellatione ad Parciam Püttensem, commemoratio. Non dum tamen hic sisteatur actio, si extrahere longius caufam, alterutri partium videbatur. Redire Sundiam licebat, transferre acta, aleanque bis jaclam, coram amplissimo Senatu Stralfundensi, tertium experiri (*). Qui paululum didicit, natales celebratissimae Reipublica hujus Civicæ, illi haud, certe, difficile erit perceptu, quo jure id factum sit. Antiquissimam eam, æque ac præcipuam, in omni patria nostra, habemus. JAROMARUS I. Rugianorum Princeps, anno MCCIX. præcoqua, & Pomeranorum æmulatus, mox corrumpta initia dedit (*). Saxones huic advocationis conditores, sed eo consilio, accepit, ut in exemplum municipiorum formaretur, quibus HENRICUS auceps Saxoniam suam ornare cœperat. Ad eandem amissum WITZLAUS I. post viginti fere annos, ex primis, quas passa erat, ruinis, resuscitabat (†). Certum est, statim ab eo tempore, Senatus Sundensis luculentam designationem & auctoritatis, in suos atque rempublicam, haud leve momentum suisse (†).

Aliis,

(*) Ita, quam dedimus, brevis copia actorum, in causa Oſtenii contra Stralfundiam, de ao. 1547. habet. Et, quamvis rescriptum Principis de 1573, in causa Gustavi Rotermundi contra Stevelin Volcoven, hoc forum pariter ac Püttense, silentio pratereat, litesque ab Aduocacia Stralfundensi, mox Suevinum delatas, tum vero Judicio ducali redditas velit; illud tamen suo loco relinquendum arbitror eoque minus, aperte narratis Senatus Stralfundensis, opponendum velim, quo frequentius esse solet, causas illustres rurantibus, ne tangere quidem ea, que juribus privilegiisque partis adversa proficiunt. Nam quod lites ruralium Sundensium, antequam ad cancellos principis evocarentur utique placitis Senatus subjiciendæ fuerint, id com-

mentatione nostra, iam iam, patet & usus hodiernus comprobat, non recens, sed longe ævo traductus,

(*) vid. Hist. meam finn. rug. p. 92.
not. q.

(†) vid. ib. p. 96. nott. z. a.

(†) Evidens, in id, testimonium probante tabule principis WITZLAI I. quibus ad reparandam in melius civitatem Sundensem, recens substructam in vicinia urbem, notabili, an ominoso nomine Schadegard vocatam, funditus excidendam, ipso, qui creditur, restitutate illius, anno MCCXXIX, declarat insimulque nec aliossum, nisi quo fidibus id suis atque Consulibus Sundensis vatum sit, expedire. Quod, ut mihi quidem videtur, neminem dubitare finit, jam tum, in negotiis ad salutem publicam referendis, Senatum

XXIV

Aliis, ab hinc, aliisque, ut principes suos faventes habuit, gratiae imminutatumque cumulis crevit. Admirabilius, Jane, ubi WITZLAUS III. anno MCCXC, non ditione tantum, sed & Jurisdictione, ad milliare, quoquo verum per mare, per terram patente, fortunas illius evexerat (*), firmatasque dederat & auctas WITZLAUS IV. filius, Princepsque Rugianorum indigena, ultimus, annis MCCCXIV, XIX, & XXI (†). Quin eminentior prærogativa accessit juris de non evocando, advocatione civitatis ad lubitum Senatus constituendi, potestatis judiciaria penes eundem

Civitatis nostræ, una cum equestri ordine, in commune consuliisse, pariterque prodit, quam mature & quasi intra origines suas, ad statuum, quos dicunt, provinciæ illustrem dignitatens, aditus eidem patefactus sit. Prorsus ut dicere positis, Stralsundiam, sicuti reliquias patriæ nostræ civitates, ætate atque flore, ita & eminentiori hoc decore antecessisse.

(*) Instrumenti munificentissimi, quod datum est Stralsundie, citato anno, tertia feria Pentecostes, huc facientia verba sunt: *Habent etiam dicti nostri Consiles Burgenenses & eorum perpetui successores integrum & meram proprietatem cum omni libertate & jure super omnia bona, villas, curias & agros, que ipsi ad suum usum proprium & nostræ civitatis utilitatem predicile emerunt, vel emere poterunt in futurum a dicta nostra civitate circulariter ad unum miliare ex utraque parte aquæ saltæ computandum, in quibus nobis, nostris successoribus & heredibus nihil reservamus.*

(†) In priori ejus principis Privilégio, cuius locus & annus & dies est: *in der Stadt thom Stralßunde*

na gades bordt 1214. Vrijetages na algermanno Vaffen hic verborum tenor fluit: Vortmer geue we en ganzen egendom eweliken und junner auer de Stadt Stralsund und ouer alle das binnen ere schede iff, an Lande, Watere, Versch und Solt, an Weyde an Holte, - mit alter mit unde Vribheit to der Stades Rechte - - in altero, Stralsundie 1219 domit qua cantatur Lætare, dato: Dedi- mus & contulimus dilectis nobis Con-silibus, Oldermaniis totique communi-tati civitatis Stralsundensis omnem propietatem & libertatem totius agric ad utilitatem civitatis circumquaque emti & emendi cum omnibus vilis & villarum proprietatibus, five bonis de dicta civitate circulariter ad unum miliare, quas villas, aut que bona suis denariis enere poterint a quo- cunque de quibus nobis aut nostris successoribus nullum servitium aut la-borem facere tenentur, nec aliquam exactionem vel precariam nobis no-striis successoribus & officialibus ero-gabant; volumus instanter proper be-neficia nunc & sepius nobis impensa-ut arbitrium faciunt, quodcumque voluerint in civitate & suis proprie-

eundein, in suos quoscunque (†): & tam late patentis, ut neque ipsi
Principes semet voluerint exēmtoſ, ſi quando, cum Stralsundenium
uno altero, jure conflictari haberent (†*).

§. X. Non igitur eſt, quod miremūr, cauſas ruralium, qui in di-
tione Stralsundensi erant, a Judicio Püttenſi reduces, tunc demum, ubi
examen artis agrariae peritorum ſuſtinuerant, ad Senatum Civitatis re-
volvendas fuſile, ut, ſi fieri utique poſſet, intra lares Reipublicæ ſua
abſolverentur. Nempe, non alio, certe confilio Principes, tantam juris
dicundi in ſuos potestatem, rectoribus illius tribuerant, quam, ut lites
domesticas ipſimet ſopirent tollerentque ac pacis publicæ aliquam par-
tem tutandam haberent. At enim, non exuunt, novimus, qui ejus-
modi jura delegant, ſummi imperantes, ſed faſtigium cumulumque
ſibi retinent, ut ad ſuum iuſtitia patrocinanda ſummatum conſugere
poſſint, quiunque in foris ſuccenturiatis, aut ſentiuſ ſe gravatos aut
intelligunt. Jamque facil negotio pateſcit, poſt ventilatas, coram Senatu
Sundensi cauſas, ſi libyraſt alterutri partium, tribunalia etiam Principis
adiri potuiffle. Et confirming actorum compendia noſtra, Sundensium
ruricolis, Principum noſtrorum, quod in caſtro Lutitiorum fovebatur

D

iudi-

ratibus. Tertium, quod Stralsun-
diæ, 1321, domin. III, poſt festum
Paſchæ impertitum eſt, non ſolum ea
omnia reperit, ſed &, novo benefi-
cio, villarum Theuin, Teſchenhagen,
Wentorp, Lüdershagen, Vogelſenck,
Lützow, Langendorp, & Kedinghagen
ſolidam proprietatem dilargitur.

(†) Per privilegia allegata & prio-
ris quidem haec verba: *Vorbatt wol-
de Jenich mann, ſchuldeghen uſſe Bor-
gere thom Straſſende, de ſchaf en vol-
gen in de Stad thom Straſſende vor
den Vhaget und vor de Rathmann tho
rechte, als ein Stadis Recht iſt. It
en were, dat he butene an einem an-
deren richte brecke, oder dat men chme
tbo ſprek umme Lehn- Guth dar he*

mann van were. Alterius de a. 1319.
Nullus Burgenſium cuiuscunque con-
ditionis fuerit citabiliſ extra ciuita-
tem diſam, ſed iudicio & iuſtitia
fruatur a prima fundatione ciuitatis
ſolita - in qua ſub advocatione na-
llo modo ponendus eſt, abſque conſenſu
& voluntate predicatorum conſilium &
oldeſmannorum, aut ipſi judicabunt,
PRO NOBIS, & ſemet ipſis, ne quis
judicio negligatur. Quod totidem
verbis, ab eodem Princeps repetitum
in confirmatione iam antea producta
de 1311.

(†*) Ita Dux WARTISLAUS IX.
cum Stralsundefes an. 1452, pro fide
& obsequio ipſi jurarent, in ampliſſi-
ma privilegiorum corundem confir-

XXVI

judicium, accommodatum fuisse (†). Nempe pristinis temporibus, non perinde ac hodiernis, universa collegia Principum rebus ad Jus fasque pertinentibus, operabantur; sed quod precepimus, varia provinciis, minoribus ditionibus, singulisque oppidis fora provisa erant. Castrorum judiciorum, inter praecipua nomen fuit, & a castris provinciarum inditum (*). Illud, quod castrum Lutitorum habebat, & de quo nobis in

matione, una cum filii suis ERICO II. & WARTISLAO X. inter alia pollicetur. *Meynde wy ok biernamabs in tokamenden tiden Jenige tusprake to bebbende to etlichen van en ofte den eren persönliken mit dem willen wy uns binen de Stadt vor dem Rade in rechte nögen laten.* Atque idem BOGISLAUS M. 1479. ipfis his verbis fecit.

(†) Namque bis illa testatur: *es wären die appellations an den Borg-Wall zu Loitz ergangen, quod perinde est, acsi dictum est, provocandum fuisse ad castrum Lutitorum: quod innumera illa, per patriam nostram, pasim reliqua monumentorum ejusmodi cadauera, ipso hoc nomine suo, produnt. Conf. Commentationem meam Critico-Historicam de Jombsculo p. 8. De remotissima castri Lutitorum, cum ætate, tum fatorum varietate, pasim rerulimus in Hist. sive Principatus Ruzie. Non confundendum est illud cum civitate Lutitorum, quæ eadē diversitate sunt, qua castrum & civitas Demminensis, dignocuntur. Castra, civitatis nostris, ut simplicia cons�tutis, antiquiora habeo. Neque magis judicia castrorum & civitatum, pro unis eisdemque censenda. Illa ad integras provincias, hæc ad civi-*

tates earundemque ditiones dirigebantur. Illis advocati principum, veteri castellanorum nomine, his sub-advocati praesidebant. Priorum der Land- und Gard-Voigts, posteriorum der Stadt- und Unter-Voigts vernaculum officii atque honoris axio-ma fuit. Civitas tamen Lutitorum, nec ipsa recens est, nec sub-Advo-catio illius. Saltim anno 1242. à THETLEVO dynasta suo, iura Teutonica Lubecensem accepit. WARTISLAUS IV. D. P. m. an. 1325 privilegium addidit, ne quis sub-Advocatus ibidem conficeretur, nisi è consensu confulm. Castrum, quod prope moenia urbis, Panis fluvio imminet, longiori nobilitate inclauruit, omnemque Provinciam ditione sua & iurisdictione complexum est, quæ Demminum & Gützoviam interlacebat.

(*) Unde priscis temporibus *Gard-Vegteyen* dicebantur, quia *Gard* munitionem locum s. castrum significat. Quod denuo afferre ausim, praesidio antequiritatis, licet celeberrimo Dn. D. ENGAU in Elem. J. Germ. p. 522, impari commotus argumento, diversum flatuat, nec statuisse satishabent, sed meam sententiam, quasi dictatorio esse, ad errores deturba-re velit. Sed non ferient me istus:

XXVII

in præsentiarum sermo est, ad nobilissima & longo ævo clarissima referendum duco (**).

§. XI. Dum hæc commentor, forte cupidus incessit sciendi, cur litis ruricolarum Sundensium, a Senatu civitatis, ad Lutitiorum castrum forum, potius transferendæ fuerint, quam ad aliud quocunque. Nec de nihilo quæri videtur, cum Bardense atque Pronense proprii, Sundensibus, vicinia erant. Ego utcumque opinor, non tam imperio aliquo, quam ipsorummet optione, primitus id introductum esse: & maluisle Sundenses, causas suorum, remotioris paulo judicij arbitrio permittendas, ut studii partium omnis formido procul abesset. Habebatque rationem ea electio fori. Nam perhorrescere poterant Sundenses sententias cancellorum Bardenium Pronensiumque, quia controversiæ pleræque ruralium suorum, cum nobilibus, aut aliis prediorum habitatoribus miscebantur, qui eorundem Jurisdictioni adscripti erant. Sed & principibus nostris perinde esse poterat, ad quocunque judicium suum devolverentur Sundensium causa: modo non negligenter haberetur

D 2

supre-

ejus, donec fortioribus armis ute-
tur & monumentorum nostrorum
fides manebit. Conf. *meine Pomm.*
und Ruge Lehn-Hist. p. 346 seq.

(**) Etenim plura ejusmodi, per
Principatum Ruginæ cis-marinum,
olim constituta fuisse, è monumen-
tis conquisiti didici. Bardum illu-
strius & provinciale babuit. Proxi-
mum auctoritate castro Lutitiorum
censeo. Tum vero & Tribuseam, *Grimmam, Horstam, Pithnam f. Pat-*
tam atque deinceps, iure translatio-
nis, Sundiam, Pronum, Salam atque
Hartisburgum eadem prærogativa
insignivit. De iudicio castrum in
Lutitiis, specialiter, sed stricte,
commemorabo. Antequam christia-
na sacra, apud nos obtinuerunt;
terra Lutitiorum suis Dynastis paruit,
è quorum numero fuisse arbitror.

nobiles Lutitios illos, quorum nomi-
na nobis servarunt CRAMERUS in
der Gr. Pommi Kirchen Chr. & MI-
CRÆLIUS in s. Pommerlande ubi in
enarratione illati, ad Pomeranos, Chri-
stianismi, versantur. Retinuerunt
Lutitii suos sibi Dominos, ejusdem
an diversæ gentis, ad usque exitum
seculi XIII, nisi me omnia fefeller-
runt, quæ verosimiliter hoc attuli
in der Pomm. und Rügen. *Lehn-*
Hist. p. 249. Tunc post fata eorum,
pleno dominii titulæ, Principibus Ru-
gicæ redditæ, Praefectos eorum s. Ca-
stellanos reipublicæ & iustitiae ad-
ministratos acceperunt; redactaque est hæc
dynastia in provinciam Rugianam. Ab eo tempore, non alio, nisi ad-
vocatæ Lutitiae tirulo, reperitur in
monumentis nostris, quo vocatam
video, in Matricula MSCia servitio-

XXVIII

suprema Eorum majestas. Neque Lutitorum castrum tam longinquum situ erat, ut litigantibus oneri potuisset esse, jus eō prosequi suum. Etenim longius etiam prosecutos esse, mox apparebit (*).

§. XII. Unicum, quod animadvertatur, supereft: Castrum Lutitorum in commentariis nostris, *feudum* quoque *castrense* dici (†). Notum, peritis rei feudalis vocabulum, cuius notio in eo posita est, ut castrum alicui a domino collatum sit, ad frumentum emolumentis ejus, insimulque ad custodiendum (††). At Pomerania Rugiaque tam frequens ejusmodi munitionibus fuit, ut terram castrorum vocare possis. Per paludes, per sylvas, per maris littora, ac fluminum ripas, aut obscuris aut luculentis, aut modicis, aut stupendis ruinis, aut vacuo nomine, hodiennum reperire licet. Pars Principum, pars equestris fuere. Habant tamen modus, dum memoria temporum est, ab imperantium summato peperit. Ita nobiles habuerunt, ceteroquin sua: dum proprietatis dominio utebantur, subjectionis: deinde, in feudum oblationis dationisque vinculo. Eo titulo in nobiles Castellanos [Burg- oder Schloß-Geſeffene] evehebantur (**). Castrorum principalium nostros

funi

rum equestrium, ut ultimus Princeps Witzlaus IV, in Principatu cis-marino habuit & in designatione quadam oppigneratorum prediorum equestrium, ab eodem Princepe redimendorum de an. 1320, quas forte ad manus habeo, licet plura eiusmodi nec desiat scriniis meis. Id iuxta observo, primum, qui huic provincie, in moderamine iustitia à Princepibus Rugiæ, prefectus est, JOHANNEM DOTENBERGIUM fuisse, præcipue nobilitatis virum, cuius familia multo, in Ruginianis cis-marinis flore inclaruit, & non solum Olden-bagenia, que nunc BOLTENSTERNIORUM benemeritis cesserunt, sed & Cowallenia cum Griffovienſibus atque Görminum etiam, præter

non pauca, pasim, alia habuerunt.

(†) Ipsum castrum Lutitorum, ultra quintum lapidem, ab urbe Stralsunda distabat. Provinciae tamen & advocatariae limites tam prope pertingebant, ut Falkenhagan & Gerasmar notissimas, cis Stralsundiam, villas, complecteretur, teste matricula servitorum equestrium, iam allegata.

(††) Aliquoties enim habent: Die Appellationes wären von den Rath zum Stralsund, an das Burg-Lehn zu Loitz gegangen.

(††) Vid. du FRESNE l. c. voc. *feudum castrensem*, & de vario significatu SCHILTERUM l. c. voc. *Burg-Lehn*.

(**) Vid. meine Pomm. und Rug. Lehn-Hift. p. 132.

XXIX

rum disparem rationem observavi. Alia nobilibus circumcirca fedentibus, in servitia equestris, ad tutandum committebantur. Alia certe, aut persona, aut familia, ob virtutem concredita. Haec demum vere castrifia feuda (*†). Jamque decerno, ex eorum numero, nostrum in Lutitiis fuisse. Neque leviter; Sed primo mihi testis ELZOVIUS est, Vir res nostras, quoad nobilium gentes spectant, callentissimus, qui diserte tradidit (*), PENTZIOS, equestri ordine, inter praecipuos antiquissimosque, castrum nostrum Lutitiorum, jure Castellaniæ, tenuisse. Hoc eodem interpretor, ac si dixisset, jure feudi habuisse. Nec enī alio titulo habere poterant, quod originetens in patrimonio principum erat (†). Deinde, quod maximum est, nostra monumenta in id conspirant: atque REYNFRIEDUM PENTZIUM castris hujus custodiæ a WARTISLAO IV. Pom. Duce, sub ipso Regiminis sui Rugiani principio, præpositum esse, affirmant (**). Unde procul ambiguo est, hunc virum JOHANNI DOTENBERGIO, quem antea commemoravimus, in eo *Castellanatu*, successisse. Jamque patere existimo, quid sibi velint acta judicialia nostra, ubi de *feudo castrensi Lutitiorum* loquuntur, quo appellando, in causis forensibus, a Senatu Sundensi abeundum fuerit.

§. XIII. Nondum tamen, vel hic subsistendum, post quatuor licet sententias, totidem, & diversis judicis, latae. Quin, prolixiori itinere, extra Provinciam nostram, Sverini Megapolitanorum, novum quintumque litis periculum facere, permisum fuit. Produnt tabularum nostrarum narrata (††). Neque enim alijs sensus est, cum in eisdem de prosequendis controversiis, a judicio feudi castrensis apud Lutitios, ad *Stapulam*, s. *Codicem Suerinensem*, sermo injicitur. Siquidem prior illa vox, per jam antea confecta (***) nil, nisi judicium illud indigitare potest,

D 3

(*) Quorum, & in Megalopoli, rariora quædam haud ita pridem nobis dorexit Cieber, Dn. Prof. MAN-

TZELIUS Sel. J. Spec. XXVII, pos. I.
(**) Vid. *Hift. meam finn. Rug.*
p. 168. sqq.

(††) Verbis: von dem Burg - Lehn zu Leitz, wären die Appellationen vor den Stapel, oder das Buch zu Schwerin gekommen.

(†) In dem Pom. Adel Spiegel von dem Geschlechte der Pentzen.

(**) Vid. *Pomm. und Rug. Lehn. Hift.* p. 328.

[**+] Cap. II. §. 3.

XXX

potest, quod *Suerini*, ad dirimentum controversias, ex eo Jure, celebrabatur & *Codicis Suerinensis*, pro insigni, nomen tulit, quia, ut Lubecæ, Lubecensis, ita, Sverini, Sverinenis Themidis genuina oracula superesse credebantur (**).

§. XIV. Neque in eo est, quod tantopere miremur, quandoquidem constat omnibus, qui in rebus patriis nostris non plane peregrini sunt, civitatibus pomeranicis saltem primoribus, eam veniam fuisse, ut quæque ad jurium suorum matrices, tanquam ad areopagum aliquem, proferrent controversias. Eam, studia principum nostrorum in sacram justitiam, dudum ipsis facultatem concesserant. Primum, fateor, ultro facientibus non adversando, de hinc elargiendo. *Stralsundia* & *Gryphiswaldie* ad suam *Stapulam* Lubecensem, Sedinenibus ad suum *Weicbildum* Magdeburgense provocare permisum. Aliis, pro beneficio levandorum sumtuum, datum erat, ne ad alios ejusdem juris nostrates, ulteriori processu abirent: Sedinum, quotquot jure Magdeburgico utebatur: Colberga Gryphiswaldiam: Bubliza Colbergam: Stargardia Anclamum (*). Stralfundia quidem, in illis ad Lubecenses provocationibus, nimium sibi indulgere videbatur Principi Rugiae WITZLAO IV. qui ea, inter alias causas, indignatione commotus, ab usu illo, an usurpatione, armis etiam & durissima obsidione dimovere amittetur. At ubi illa, validis Pomeranorum & Marchiorum auxiliis invicta perstiterat, pacis denique dulcedo animum principis præstantissime Civitati suæ reconciliatum adeoque propensum reddidit, ut,

(**) Nam, ut latinis *Codex a Caudice* s. ligno interiori arboris, quod nihil aliud ille erat, quam contextus tabularum sine afferculorum ex eo ligno, natura aut arte, lævigato, quibus scriptura incusepebatur, ut ex melioribus Lexicographis & Antiquariis edocemur; ita veteri vernacula nostra *Bœck*, *Buch* atque *Bœck*, O. WORMIO in *Litteratura Runica*

C. i. à Bog quod *Cimbris* & *Buch* atque *Bœck*, quod aliis Germanis fagus est, derivatur: forte ob eam denominandi rationem, quia maiores nostri, suas, ad scribendum, tabulas, ab ea arbore mutuari sunt. Adeoque hoc nostrum, cum illo pri scorum Latinorum, ad eundem feret significatum redit.

(*) vid. *meine Pomm. u. Rug. Iuslitz*, *Hist. p. 42. sq.*

XXXI

ut, quam antea abrogandam voluerat libertatem, iusto privilegio an. MCCCXIV, impertiret ac, post novum belli discrimen, ipsis concordia resarsæ tabulis, generali quarumvis immunitatum nomine, an. MCCC XVIII confirmaret (†). Quid postea temporis de eo privilegio retinendo, temperando, omitendo actum, disceptatumque sit, illud hic non est commemorandi locus (††).

§. XV. Tantum illa hue afferenda videbantur, ut appareret, quam prorsus olim, apud nos non fuerit insolitus, peregrinando jus querere. Et, si bene computo temporum intervalla, eam, ad Suerinenses, abhinc provocandi confvetidinem, appellationibus ad Lubencenses & Magdeburgenses antiquorem etiam fuisse dixerim.. Etenim, ut villa nostra civitatibus ætate antecedunt, ita Suerinum Lubeca saltem, qua municipium esse cepit, prior exstitit (†*). Juvatque sententiam hanc illa de remotiori Juris Suerinensis antiquitate (**): sed minus ambigue, longævus, in patria nostra, ejusdem usus. Nam si convenientiam historicam consulamus, non congruentius introducti apud nos, tempus reperire licet, quam quo principes BOGISLAI & CASIMIRI, illis nominibus primi atque secundi Pomeranis, & JAROMARUS I. Rugianis praefuerunt, quod facultis duodecimo adulto & decimo

(†) In priori illa collatione his verbis condonat principes: *Vortmeb der vramen und des makes willen ufer Stade thom Stralsunde, genew we unnd synderlichen ginnen en daff dat se mögen und söhölen ere bechuldene Ordele voren und halen tho Lübecke.*

(††) Sed commemoravimus in der Pomm. und Rueg, iust. Hist. pag. 52. & 61. sqq.

(†*) Perhibente CHYTRÆO in Orat. de oppido SUERINO 1555. per scripta ac 1595 Rostoch. typis Ferberi Junioris impressa. HELMOLDUS:

Chr. Slau. L. I. C 35. ed. Bangers. testis est, hodiernam Lubecam anno demum 1158 positam & à D. HENRICO Leone juribus honestissimis donatam esse; sed ex Cap. sq. 37. animadvertere licet, Suerinum jam tum, in nominatisimis Megapolæ castris fuisse. Nec quicquam inde detrahitur sententia nostra, quod castrum tantummodo, non urbs dicatur. Nam & castris tribunalia exhibita fuisse, supra innotuit.

(**) De qua supra traditum est Cap. 1. §. 8. not. (††)

XXXII

decimo tertio ineunte factum, constat. (*) Ne quid altius autemus (†).

§. XVI. Itaque, quod voluimus, ne adeo mira videatur, ea, ad Suerinenses, in jure peregrinatio. At hoc demiror & forte mecum demirabuntur alii, quod nec eorum sententia, post tot appellationum praecedentium seriem, peremptoria fuerit. In controversiis ad jus Lubecense definiendis, ubi ad Stapulam Lubecam disputando per ventum erat, ultima Themidis oracula sequebantur: neque plus ultra relinquebatur. Hinc in diversum modus. Adhuc enim sub judice lis manebat, quamvis Suerini cognita & decis. Nam, ut volebat pars succumbens, novum iter ad septem quercus ingredi permittebatur (*†). Ad septem quercus! multa antiquitatis caligine oblitum tribunal, quod diu multumque circumspexi. Prima quidem in *Vagris*. Nempe eorum provincia, quaqua patebat, ad rempublicam Slavorum Megapolensis refere-

(*) Seilicet ea estate, circiter an. 1164. Henricus L. post subactos Megapolitanos, Pomeraniam, uti nunc dicimus, Cis - penanam, iure belli, an iniuria, sibi subjectam, viatis principibus nostris, titulo *homagii* reddiderat. Haudque multo post, 1168. Danorum armis conjunctus, dimidiata Rugiam ultra - marinam tributariam, accepérat. Ejusdemque viatoris, iussu an. 1170. cis - penana illa, Episcopat Suerinensi, recens ab ipso conditae, adscrivebatur, quam forte fortuna Berno tunc præf. moderarabatur, cuius ob institutionem in Christiana doctrina & educationem ab eo acceptam, commendatissimum nomen & multa estimationis consilia Principibus BOGISLAO & CASLMIRO II. habebantur. Certe qui has conjugit, reputatus rersum nostrarum, ut tunc fuere, rationes, ille haud ægre a te imperabit, ut cre-

dat, jus aliquod Megapolicum, facilis negotio, & Pomeranicum, quin Rügenianum, fieri, insimulque effata tri- bunalium megapolitanorum, ad eam, apud nos designationem pervenire posuisse, ut nemo dubitaverit, in jure dicendo, ab eisdem pendere.

(†) Nam si certiora de origine J. Suerinensis & remotissimis f. vandalarum f. Slavorum, aut quoramvis confuetudinibus, haberemus, parum difficile foret, ex antiquissima illa necessitudine gentilitia, nec raro etiam Reipublicæ, qua Rügeniani & Pomerani, Megapolitanis conjugabantur, vel altiorum hujus iuris communionem eruere.

[*†] Fide aperta actorum nostrorum, quater afferentium: daß die Appellationen von dem Stapel oder Buch zu Schwerin an die Sieben Eichen gegangen wären.

XXXIII

referebatur & longe celeberrimo capite, Aldenburgo, nobilitata erat. Non errabundis aut inconsultis vestigiis percontando hue deferebar. HELMOLDUS spem fecerat opera non innamis, ostentans deum, qui credebatur, terræ illius *Prouen s. Pronen* & in nemore inter vetustissimas arbores, sacras etiam quercus, numini, scilicet, illi dicatas, quas amiebat atrium & sepes acciuatione lignis constructa, duabus portis aditum præbens. Et, quod augere credulitatem poterat, non ad rem divinam faciendam, hoc fanum tantummodo comparatum fuisse, ille auctor est; sed & secunda feria populum terræ, cum flamine & regulo, illuc convenisse, propter iudicia (†). Quid? quod memineram, huic idolo *Pronen*, Slavorum nostrorum superstitionem, praeceteris, iustitiae curam attribuisse (*).

§. XVII. Aliam dehinc viam ingressus sum eademque in villam, antiqua fama, apud Obotritos, insignem, perveni. Nomen *Proseken* s. *Prodseken* habet. Parum ultra Wismariam (††). Ratzburgensis olim dioceſeos. Templo perpetuo mater (*). Hinc, si satendum, quod res est, nihil me prorofus, initio, movebat, prater loci nudum vocabulum. Nec ei arguento parum tribuendum videbatur, ob singulariem cum re ipsa convenientiam. Namque illud nomen bifidum est, appareat ex ultima mere vernacula voce, *Eken*, qua hodienum *querum*

E

no-

(†) Vid. HELM. L. 1. C. 83, unde apparet, quasi praesentibus Diis suis, Slavos terrarum nostrarum iura dictitasse & que rebus diuinis, eadem & forensibus sacra fuisse loca, nemo, arbores, septa religiosa.

(*) Vid. BANGERTI not. ad HELM. C. 52 L. 1 p. 126.

(††) In Provincia, cui antiquum nomen *Breſen* fuit.

(**) Quod ostendit diploma conventum an. 1210. inter Ep. Lubecum, THEODERICUM & HENRICUM BUREVINUM I. de decimis insulae Pôle, cui inter alios & Almericus quidam facerdos de *Proſeke* subscri-

psit. Quasque olim villas templi sui consorts haberit, cognoscere licet, è Registro vetusto decimaru[m] Episcopatus Racelburg: quod, post III. LUDVIGIUM in Reliqu. Dipl. Et monum. MSr. T. VI p. 231. PFEFFINGERUM in Hist. Brunsvigo. Luneb. P. II. p. 672. KLUEVERUM in Descript. Ducatus Megapol. recentius ed. Dni. M. DETER. SCHROEDER ad ædem Wismariensem Mariam Archipresbyter longe meritissimus, in Megapoli sua Papæ, monumentis rarioribus stipato operè, p. 31, cum orbe litt. denio & curatius communicavit.

XXXIV

notamus. Et ubi de priori evolvenda cogitabam, docebat magnus antiquarius noster SCHILTERUS (*), sub illa, veteri Teutonismo, notionem *judicij* reconditam esse. Ita enim persenticebam, *judicij quercus*, simpliciter designari, nec quidquam probabilius mihi esse poterat, quam floruisse hic loci, barbaris iam tum seculis, illustrè aliquod tantèque auctoritatis judicium, ut per excellentiam id nominis ei inditum, posteaque temporis, in villam huc positam, propagatum sit (*). Jam vero, quod tunc, quasi divinando asseditus eram, pro certo etiam habere capi, ex quo, fide diplomatica edocitus sum, anno adhuc MCCXLVIII, adeoque re christiana, apud Megapolitanos, jam ubere, in eodem illo loco *Prodseken*, præcipuum aliquod provinciale judicium floruisse (†).

¶. XVIII. Atque verum est, utrumque hoc judicium veteris Megalopoliæ aliquam speciem præ se ferre, qua opinari licet, unum alterumve eorum, cum eo, de quo nobis res est, tribunal a quercibus dicto, convenire. Nam, quod pertinet ad numerum septenarium quercuum, haud temere dicas, illud specialius nomen forte recentius esse & tunc demum additum, ubi post excisias in novalia sylvas, ex omni arborum multitudine, ad ornandum judicij publici locum, facer ille numerus septem quer-

(*) In *Gloss.* ad illud vocab.

(*) Ansam vero, originem huius vocis meditandi, attulerat Vir Excellentiss. Consultissimusque Dn. Prof. MANTZELIUS in *Select. Jur. Specim. XIII.* Posit. 2. & 3. Cum qualsicunque observationes meas, eidem non displicuisse, vigeam primi specimenis positio quarta certiore me fecisset, neque mihi met non, ob consentiens tanti viri iudicium, ea opinio magis se magisque commendare potuit. Nam quod alii derivandum voluerint à latino imperativo *prosequere*, quo sacerdotes Slavos, à CAROLO M. vistos, hic loci

ad sacrum fontem egerint (vid. Dn. SCHROEDERUM l. c. p. 62, seq. hoc in lepidis fabellis habeo,

(†) Testatur eam in rem *diploma* JOHANNIS Theologi Dn. Megap. de 1248. ap. Ven. Dn. SCHROEDERUM l. c. p. 63; his verbis: *Adiacientes, ut sepedicti homines (sc. monasterii Reinfeldensis) ac mansorum predicatorum possessores ab omni iure secularium potestatis, utpote petitionibus, exactioribus, pontium sive constructionibus cuiuscunque munitionis s. ad iudicium quod vulgo Lantink dicitur nes ad illud in Prosek nec alias venient omniwo, sed liberi sint & excepti.*

quercum, sufficere visus erat relictusque (*). Et profecto! si per omnes Megapoliae hodiernos priscosque fines circumgredienti, nullus reperi locus potuisse, nomine septem quercum: egomet, nec cunctanter & omni dubitatione abjecta, in eam sententiam ivisse, habiturus *judicium Prodseken*, pro ipsissimo *septem quercum judicio*. At ille bonis avibus, repertus est, in villa apud Polabos olim (†), nunc Ratzburgenses ad ulteriore ripam fluminis *Stekenzae*, hinc ad *Leopolim* in Albim, illinc versus *Lubecam* in Travenam undas evomantis. Non recens est eo nomine, ut parum in causa nostræ præsidium exinde sperare liceat; sed, prodente aliquo archivi Ducalis Ratzburgensis rarissimo monumento, aut sæculo duodecimo aut omnino decimo tertio, jam adeit mentio villæ ejusdem *septem quercum* & parochia ab ea vocatae *Söveneken* (**).

§ XIX. Igitur ausim asseverare, hic loci, olim, nobile illud tribunal floruisse, quod in causis suis, novissimo jure experturi rurales, adire habebant. Evidenter haec tenus, non aliud mihi argumentum hujus asserti suppetit, præterquam quod, in actis nostris, relatum legitur, a *septem quercubus* ultima controversiarum decreta expetenda fuisse. Forte, in istis tenebris, aliqua mea conjectura mythologica, non inutilis erit, ad ultra pervestigandum. Apud Polabos Slavos, villam a *septem quer-*

E 3

61-

(*) Qued idem de *Prodseken* etiam autumavit Exc. Dn. MAN-TZEL. I.c. Spec. XXI. pos. 3.

(†) Terra Polaborum [quæ hodierna Ratzburgensis est] in duas provincias disperribatur, quarum alteri *Sadelbandie*, alteri *Polabie* speciale nomen hefit. Ad priorem ea, de qua hic agendum, villa *septem quercum* referuntur.

[**] Monumentum, quod hic cito, illud ipsum *registerum decimorum Ratzburgensium* est, cuius ad § Cap. præ XVII. not. [**] iam memini & auctoritate usus sum. Quod vero ad

tantam illud æratem referri mereatur, id vidum est Viris in republica literaria & rerum gestarum disciplinis illustri fama Dnn. LUDWIGIO, PFEFFINGERO, JARGOVIO, cuius nomen & merita ad invidiam insignia, reverenter habeo. Eisdemque in id calculum suum adiecit Ven. Dn. SCHROEDERUS in *Megapolia Papæ a p. 309. seq.* Etenim in eo castro & Parochia *Söveneken* & villa parochialis *septem quercum*, his ipsis nominibus, una cum aliis, ad census episcopales Ratzburgenses referuntur.

XXXVI

cubus dictam extitisse adstruximus. Intra autem eorundem fines & SIVAM deam post *Radigastum* atque *Prononem*, Megapolitanorum tertium, e præcipuis numinibus, sedem habuisse constat (†). Hanc ubertatis terræ præsidem credula superstitione venerabatur (*). Neque mihi absimile videtur vero, ut *Prononis* in rebus criminalibus (**), ita *Sivæ* ifsius fanum sylvaticum, in causis ruralium & lucrandis terra provenientibus operantium, patuisse (††). Sed & lucum fanumque ipsius, eodem loco sita fuisse, quem hodienum villa *septem queruum* monstrat, eadem probabilitate coniicio. Nisi enim totus aberro illa denominatio *septem querulum* (*der Sieben Eichen*) ab ipfissimo SIVÆ deæ vocabulo originem traxit & post idolatriam penitus eversam, ad omnem memoriam illius abolendam, aut privato cleri pontificii zelo, aut communis Christianorum placito, a numero septenario (††) deum repeti cœpit (***).

§. XX.

(†) Vid. HELM, I. c. L. i. C. 93.

[†] Quod videre est ap. HELM, I. c. in notis à BANGERTO adjectis & EL.SCHEDIUM de *Diis Germanorum* ad p. 728. ex ipsius icone ib. obvia. Cum quibus conf. III. Dn. a LUDEWIG Diff. III. de *Idolis Slavorum* §. 30. & ABRAH. FRENCEL. in *Comment.* de *Diis Soraborum aliorumque Slavorum*.

[**] Nempe ad *Prononis* fanum, de causis vitam & necem tangentibus præcipue iudicatum esse, vel ex eo innoteat, quod effigies ejus, ubi ubi, apud scriptores de *Diis Slavorum*, dextro brachio ferrum probationis præferentem, exhibet. Unde eundem, justitiae patronum eminentioris existimationis habitum, puto.

[††] Triga idolorum præcipuorum *Prono*, *Radigastus* & *Siva* regnum te nebrarum in Megapolitanis sustinebant. Ille, uti mihi videtur, rebus d statum publicum referendis, iste militaribus, haec oeconomicis præsi-

debat. Singulorum illorum, in rebus ad suam tutelam pertinentibus, iustitia insuper patrocinia adscribantur. Ita, que tranquillitatem publicam concutiebant, homicidia, furta, rapina ac huic generis criminis alia, in conspectu, quasi, *Prononis* vindicata: militaria vero delicta ad *Radegasti*: ruralia ad *Sivæ* numerique fanumque delata dijudicataque.

[††] Qui aliquin, ut numerus, multis gentibus, sacer, à praesenti negotio non abhorret. Quamvis fastear, tunc satis me perspicere haud posse, quare nec *Prods-Eken* & lucus *Prononis* cum suis judiciis publicis à *septem querubus* vocata sint. Nam eadem omnibus eiusmodi: locis sanctitas tributa, eadem sanctitatis simbola postulare videbatur.

(***) Et augere videtur verisimilitudinem sententiae, quod proprio nomine & *Syeba* dicatur, quam HELMOLDUS ex eloquio Slavonici oris *Sivam* & alii *Dzivam* pronunciavere

XXXVII

§. XX. Denique statuendi ratio est, abrogatis licet sacris idolatricis, adornata ad novam & ritibus christianis dignam faciem judicia publica, eisdem locis relicta esse: ne populus indigena morum suorum nimia eversione ad indignationem commoveretur. Etenim prudenteria politicæ est, ut quaqua parte respublica mutanda sit, ultra quam quod urget necessitas, nihil innovetur. Jam vero pristina judiciorum loca, quibus Slavi adfuerant, ubi superstitione & idololatrico cultu sedē esse desierant, eadam sanctitate themidi christiana inservire poterant, qua novimus, fana etiam non pauca, vero Numini Ejusdemque sacris manipata fuisse. Neque ignoramus, sed rerum monumentis genuinae fidei certiores sumus, post profligatam gentilissimi spurcitiam, statis, ab antiquo, locis, sub querubus aut aliis fastigio eminentioribus atque frondosis arboribus, judiciorum solennia celebrata esse (*). Quid igitur attinet dubitare, judicium ad Syebæ vel, si manvis, ad *septem quercurus*, tanquam e precipuis, eodem arguento, innociae in veteratæque confutudinis, feruatum, causisque christianorum non Syebæ, nec commentitii alius numinis, sed principum terræ auspicio, adhibitum esse.

§. XXI. Ita demum dictorum sumnam facio: causas ruralium Sundensium, nouissimo juris ambulantis peregrinantisque itinere, ad tribunal, quod descripsimus, querubus suis septem, an Syebæ, inclivum, devenisse, ultimamque themidis manum expertas esse (†). Jamque

scripseruntque. Nam Syebæ vox tam prope elementis suis totoque sonum teutonico *shen* convenit, ut nihil promptius fuerit, quam utrumque invicem confundere & habere pro *septem quercurbus*, quæ pro Syebæ querubus habendæ erant,

(*) vid. Pomm. u. Rug. Iust. Hist. p. 48. sq. n. I. ubi varia judiciorum subdio & arboribus habitorum exempla, e domestica Historia allata sunt.

(†) Qui toties judiciorum subquerubus celebratorum mentionem

feci, nec commemoravi, quid hoc cause fuerit, cur harum, præ ceteris, arborum tanta, apud priscos, designatio obtinuerit, fortassis eo nomine culpari poteram; nisi notissimum esset eruditis, quam sancte ollim atque inde a remotissimis temporibus, id arborum genus habitum sit, tantum non universis, per orbem terrarum gentibus. Et otia fecerunt, in eo genere, scriptores, ut superflua suscepturnus esset, qui in illis non acquiescendum putaret. Brevi

XXXVIII

que me video prope destinatam metam. Per sentes perplexos & te-
nebrofos haec praetere vestigia volui. Quæ, si non satis tuta videntur,
circumspecte ingrediaris & studio circumquaque rimandi. Ita demum,

si plures sequentur & fortuna conatus juvat, in viam evadet,
que hactenus ne quidem semita fuit. Mea tunc
gloriola erit, prætentasse.


manu, sed larga tamen, satiabunt cu-
pidos SCHEDIUS l. c. ed. JARKII
Cap. præfertim XXIV. & doctissimus
antiquam Germaniam nostram Dn.
M. SCHÜTZIUS in nuperime edito
*Tr. de superstitione germanorum gen-
tilium reverentia lucis consecratis ex-
hibita.* Sed qui curiosius his anti-
quitatibus indulgent, illos abunde

& cum delectatione, docebit sagaci-
simus auctor, anonymous P. congre-
gationis S. Mauri, in elegantissimo
& multifariis antiquitatum arcanis
referentissimo opere: *La Religion des
gaulois L. II. C. 6.* quod inscribitur:
*Origine de la veneration, que les pa-
gens de toutes les nations avoient pour
le ebene.*

Errata.

p. IX. Not. (†) lin. 5. *Pomeranicis* leg. *Pomeranici* MS.

p. XV. Not. (†) lin. 44. *drien* leg. *driven*,



ANIMADVERSIONES
AD
DISSERTATIONEM HISTORICO-CRITICAM
DE
SERIE PROCESSVS ET PRO-
VOCATIONVM FORENSIVM
IN CAVSIS AD JVS SVERINENSE
DIRIMENDIS,
QVÆ APVD STRALSVNDENSES
OLIM VSITATA FVIT.

231.9.1.1
ORIUS RYK. C. 100.
231.9.1.1

AD
Cap. Imum.

§. II.

Neque posteri ipsorum quibus Tatarorum recentius nomen obuenit. Tatarorum verius nomen esse, nec à Polonis, Russis, Turcis, Persis, Indis, Chinensibus, ipsisque Tataris aliter efferri, auctor est Dn. PHIL. JOH. à STRAHLENBERG militiz Suedicæ Pro-tribunus, in amoenissimo & multiungæ antiquitatis nouitatisque singularis locupletissimo opere *des Nord-und Ostlichen Theils von Europa und Asia*, p. 4. atque confirmat insuper JAC: GOLIUS in *noris ad Alterganum p. 106.* cum ANDR. MÜLLERO, stupenda orientalium peritia Vito nostrate in *commentatione alphabeticæ de Sinarum magnaque Tatarie rebus p. m. 55. seqq.* ubi obleruanit, Sinas etiam ultimum R omittere & non nisi *Tata* dicere, quandoquidem lingua eorum caninum illud elementum respuit. Tataros illos per borealem & austrialem Europam Asiamque, ad milia nongenta, & si ultra Chinense imperium metiari, mille centumque in longitudinem &, pro diuersitate, ad centum, ducenta trecentaque, in latitudinem, porrigi, Idem STRAHLENBERGIUS L.c. p. 30. designat. Propagines Scytharum sunt veterum illorum, quorum apud Scriptores, græcos pariter ac Latinos, tam multa tamque laudabilis commemoratio occurrit: vnde & Sarmaticæ gentes atque Germani nostri aliquorunque populorum examina prodierunt: tanta copia, ut diuersa regionum Europæarum, non tam occupare, quam in undare potuerint. Sed Tatari hodierni profapia eorum domestica manserunt. Gens non æque barbara & virtutis naturalis expers, ac vulgari fama creditur; sed, quoad muhammedanismi corruptela intactam reliquit, rationabili pietate insignis, honesta, atque aucta iustitia laudabilis. Referam huc, quæ de moribus eorum à præfectis militum Suecicis, accepi, quibus post prælium Pultauiense, apud illos, hospitio captivitatis data erant. Scindum est autem, de iis potissimum mihi fore sermonem, qui intra limites astracani regni sedes sibi constitu-

XLII

tas habent. Segreges cohabitant, per familias s. tribus inde à remotissimis temporibus propagatas, quarum, apud ipsos, *Horden* vocabulum est. Primogeniti singulis praesident, more regiminis, per longas temporum periodos, a primo cuiuslibet stirpis Satore, accepto. His tanta obsequii religione parent vt, siue omittendum sit quidquam siue faciendum, ad nutum dirigentis, congeneres spectent. Cultum Dei unius, summi rerum conditoris, seruant. Ipse protribuni aliquius nostratis hospes, cum in conspectu illius, genu posito procumbens, matutinis precibus, ad solem orientem adorasset: ne existimes, dixit, me soli supplicem fuisse. Deum supremum veneratus sum. Quandoquidem vero *Ipsius*, in terrenis, opes & beneficia, eo sidere facundante, nobis prouenient: ex rita nostro, illuc, inter suspiria ab Deum mea, convertendi oculi fuerunt. A Trinitatis dogmate alienos se profiterunt, qui philosophari tantum in rebus diuinis volunt, credere non didicerunt. Quin nec credibile videtur deo filium esse, quem coniugem nesciant. Vbi sacro epulo nostros aliquando paflos viderunt, pariter obstupentes ad magnitudinem mysterii hreferunt. Interrogauitque aliquis eorum, quomodo id concoqui posset, vi idem, qui redemisset Seruator, manducandus bibendusque esset. Verum vt acciperat, neque nosmet fidei haec dogmata capere, sed ob reuelationem diuinam pro certis habere, reuerenter atque modeste regessit: *Si oraculis diuinis nesciimi, nihil est quod obloquar. Quin fidem veritatem in tuo collocatam arbitror.* Ceterum doctrina de expiatione generis humani per Seruatorem mundi mirifice ipsi placuit. Et felices nos praedicauerunt, qui eo intermedio, cum deo in gratiam redire possemus: qua parte, semet potissimum laborare, fassi sunt, qui prava commissa sua, nouo obsequio emendare quidem stulerent, neque tamen confidere possent fore, vt eo remedio, contractam, apud Deum, culpam exuerent. Hinc grandaeus quidam Tatarus, de expiationis opere, frequenter, cum dicto Pro-tribuno nostro, habitos sermones, tam alta mente reposuerat, vt, vbi cum lethali morbo colluctabatur, hanc ultimam eum amicitiam rogaret, vt inter extrema vitae siue, de Christianorum Servatore, ab ipso, commoneretur. Ex quo intelligas, quam prope hic homo civitatem Iiraëlis fuerit. Morum integritate profus egregii sunt. Nulla furtorum delicta. Ne metus

XLIII

metus quidem. Nihil custoditum est, nihil sub sera. Quos bello captiuos duxerunt, mite tractant. In eodem, cum gentis suæ consortibus, labore, in eodem coniunctu habentur (*): cunque mirarentur hoc nostri, dixerunt, *in sum esse, ut ita in alios consulamus, sicut in nosmet consulum vellimus, si in eorum loco essemus.* Rarissima exempla malorum, in tota gente, sunt. Et si inueniuntur aliquando, acer-
rima poena persequuntur. Prima vice delinquens, vna cum parenti-
bus atque vicinis, ad iudicium domesticum vocatur. Tum prima,
quasi mirum esset peccari, de occasione depravationis, quaestio habe-
tur. Si euincitur, neglectum educationis in causa esse, parentes scu-
tice Tataricæ triginta nouem verberibus lacerantur. Si denuo prae-
agit, ipse totidem plagas accipit. Si tertium redit, capit is deminutus,
alligatis ad pedes truncis, ad fôrdidas, per *bordam*, operas damnatur,
in omnem vitam cœlebs futurus, ne, quod interpretantur, malus
pater, peiorum sobolem faciat. Tantum de honestate atque virtute
Tatarorum istorum, quin plura laudanda, accepi. Amplissimam rerum
Tataricarum notitiam haurire licet ex Historia huic gentis, quam
compositum aliquis Princeps eius, vernacula sua, & in gallicum idioma
translatum edidit anonymous, qui non nisi litera nominis sui D. inno-
tesceret voluit: cuius titulus est: *Histoire genealogique des Tatars tra-
duit du Manuscript Tare d'ABULGASI-BAYADUR-CHAN & enri-
chie d'un grand nombre de remarques authentiques & tres curieuses
sur le véritable état présent de l'Asie septentrionale, avec les cartes geo-
graphiques nécessaires, par D*** à Leyde chez Abram Kallevier 1726.
au dépens du Traducteur in 8. qui liber mira fata habuit, donec in lucem
editus est, de quibus cernere licet apud STRAHLENBERGIUM in
PRODROMO operis citati 1726. & de contentis eius, in ipso Opere
illo p. 113. seqq. Ceterum accuratius obseruari meretur, tributum
Tataros habitare, more à maioribus tradito: ita, vt angustæ, ab ini-
tio, familie in gentis multitudinem nomenque singulae ex-
creuerunt. Neque *bordarum* vocabulum, quo ab inuicem distinguun-
tur, aliam designationem præfert. Domesticum, vt diximus, cuilibet
regimen, avitæ leges, jurisdicundi potestas. Eo habitu iustas ciuita-*

F 3

tes

(*) Merentur hic conferri quibus-
TACITUS de M. G. c. 25. condicio-
nem seruorum apud veteres Germa-
nos describit.

XLIV

tes faciunt. Plures tamen, ut ad vim externam vel oppugnandam vel propulsandam valeant, viuis imperio coniunguntur, cui, ad maiestatem significandam, *Chani* titulus habetur (*). Eiusmodi vinculo ad unum reipublicæ systema rediguntur & omnis Tataria, quaqua per Europam Asiamque patet, variis multisque huius structuræ regni continetur: nisi quod, fortuna ita ferente, quidam aut *Zingis-Chan* (**) aut *Tamerlanus* (***) aliquando armis ita invaluit ut plurimas, quin tantum non omnes respublicas illas particulares, eodem imperio complexus fit. Hæc scire, multum conduit, de origine deque mutata paulatim facie formaque Germaniæ nostræ Politicæ scilicetibus. Etenim antiquissima &, quæ ab hinc secuta est, ætas cuncta apud nos perinde habuit. Maiores nostri primævii, quounque nomine, è Scythia, communis patria progressi, eum gregatim & per *bordas* commorandi morem secum attulerunt. (****) Ita J. CÆSAR intelligendus est, qui de Suevis L. IV. commentatur, annuatim illos dimidiari partem in bella exiuisse, domique relictos exercituum interim rem familiarem curasse: nempe ea, per singulas *bordas*, officia in absentes propinquitas sanguinis imperabat. In bellis etiam, aciei turmas & cuneos non casus nec fortuita conglabatio faciebat; sed familie & propinquitates, TACITO l. c. C. 7. testo, ut diversæ ad fontes, per campos in nemoribus habitabant ib. c. 16. Neque alio interpretor pagos I. *Gauen* Teutonum nostrorum, quos centum tribuit Cæsar Suevis nostris l. c. & TACITUS L. de M. G. c. 19. commode vicos dicit, quam quod

(*) *Chani* vocabulum apud Tatros nil nisi principem regnante noitat. Princes autem nondum imperio potiti Sultanorum ipsis nomine salutantur. de quo ampliter docetur in *Histoire genealogique des Tartars* p. 4. not. b.

(**) de Zingis. Chan mirifica armorum fortuna vid. ib. p. 156. seqq.
 (***) compendium vite ipsius vid. ib. p. 402.

(****) ausim dicere, per *bordas* habitare idem esse ac gregatim agere.

Nam familias eiusmodi numerosas huc arque illuc pabulatum eunt, non absre est, instar gregis haber. Nec dubito Tataricum illud *Horde* cum vernacula nostro *Herde* ouaria atque *Hörden*, ouilibus campestribus, ad eosdem Scythicos natales referendum esse. Nam quæ apud antiquissimos populos iam in usu fuerunt, eorum vocabula plerumque ad nostram ætatem perdurarunt &, vna cum rebus, in mores linguasque nostras transierunt.

quod eiusmodi gentis tribus fuerint. His singulis *Gaugravii* præsidentabant, domesticam (vt apud Tataros hodienum) Jurisdictionem exercentes. Vid. SCHILTERUS in Thesauro *Antiquit. Teuton.* Tom. III. Voc: *Gaw.* Coniunctis viuis f. Chanus f. rex imperitabat. Talem nobis ARIQUISTUM Sueorum sicut Caesar. Slaui, neque minus gens Scythica, eundem morem segregatis familiis cohabitandi, per Sarmatas, in patriam nostram megapoliamque inuexerant. Hinc, monstrantibus membranarum monumentis, tot utrobique minutiores provinciæ (*) & exillis conflatae respublæ Wagriorum, Polaborum, Obo|tritorum, Kislinorum, Circipanorum atque alia obuiam sunt, quæ modo omnes, modo aliquam partem, vnius Principis (f. Chanus siue rex dicendus sit) auspiciis regebantur. In huic modum universa Germania nostra variis maioribus, minoribus, aut dynastiis aut regnis discreta fuit, quæ singulæ summi arbitrii iuribus gaudebant; donec Caroli M. victricibus armis in prouincias regni Francici redigerentur. Renascebantur tamen, postquam saeculo IX at X, lentis illud ruinis consumptum erat, & demum, salua superioritate sua, sub uno summo imperante, in præsens Imperii Romano-Germanici systema, coalescabant.

Ad §. IV.

Bonos mores apud nostrates plus valuisse quam alibi bonas leges. Bonos mores hic intelligendos esse puto, non tam de honestis actionibus, quam de institutis & consuetudinibus iudicibus. Quæ notatio huius vocis apud Latinos genuina est. Ut CICERO in Verr: *Negauit, inquit, moris esse grecorum; ut in coniuio virorum acumberens mulieres.* Non igitur tam viuendi rationem germanorum, quam obseruantias, quas dicunt, legales s. iura non scripta, aliorum popu-

(*) Non inaniter conjectandum existimo, modicas illas prouincias, in quas, prudentibus antiquissimis tabulis, Pomerania nostra olim diuisa fuit, omnisque germania, eodem loco habendas esse, cum sedibus pristinis segregum gentis germanicæ familiarium: ac eo magis existimo, quod

SCHILTERUS I. c. sub, voc. *Hooran* testis est, vocabulum *Horde* etiam veteri germanorum eloquio, non incognitum fuisse & notionem ditonis siue territorii præ se tulisse. Nec quicquam aliud existimo pagos Taciti in germania fuisse c. 6. 12.

XLVI

populorum & potissimum Romanorum suorum legibus scriptis, senatus consultis, plebiscitis, edictis perpetuis aliquaque statutis, quorum multitudine laborabant, opposuisse videtur. Et nisi me omnia fallunt, ipse verborum contextus cum praecedentibus interpretationem hanc meam sufficit: ut itris consuetudinarii apud Germanos hæc remotissima memoria habeatur.

Ad §. V. & VI.

Magnum usum habet Iciuissæ, quod non intruserit se Vandalarum rebus gens Slavica, sed amicabili via, ingressam esse, quod explicatum dedi in *Hist. feud. Pom. Rugeique* p. 21. seqq. Etenim admirabiliter pragmaticum est hoc datum historicum & formam regiminis atque reipublicæ, quam Pomerania Vandalo-Slavica habuit, luculenter rediit: præfertim si respiciatur insimilis ad eos effectus, qui posteris temporibus, aduentu Saxonum in terras nostras, redundabant. Quantopere enim, hoc ipso, status publicus Patriæ mutatus sit, tanquam quod proprius status nostram contigit, ex rerum monumentis accuratius cognitum habemus. Jam vero, ut Slavorum olim & Saxonum abhinc intromittendorum eadem ratio fuit, primum est cogitare, ad eundem fere modum, quo admissi Saxones rempublicam nostram, pri-
mum quidem Slavo-Saxonicam, tandemque mere Saxoniam fecerunt, Slauos antea, initio, Vandalo- & denique mere Slavicam fecisse.

Ad eundem §. VI.

Tantum non omnis litium tractandarum ratio eodem tenore iuerit, qui tempore Taciti, in Teutonia nostra obseruabatur. Hoc tamen recentius &, hic terrarum, à Slavis, iam tum, additum videtur, ut singularum prouinciarum castri castellani principis, ad uocatique præsiderent, in tutamen pariter ac iurisdictionem administrandam. In villis, quicunque domini, iidem & iuris arbitri erant, nisi quod in causis peregrinorum, princeps, cum possesso, in communi iudicaret. Quod me docuerunt rarissimæ tabulæ transactionis inter WITZLAUM I. principem Ruzie & BRUNWARDUM Antifitem Suerinensem, MCCXXI, de decimis, post receptos Tentones, e principatu suo cis-marino, persoluendis initæ. Etenim per illas, conuenit,

yt

XLVII

ut princeps Episcopo prædium aliquod duodecim mansorum elargiretur, cum omni Jure & iudicio ita videlicet, ut si aliquem colonum de ipsa villa capitalem subire contigeret sententiam aut manus amputacionem, quicquid emendationis inde proueniat, Dominus episcopus haberet integralicer. Si vero in eadem villa vel infra terminos eiusdem, aliquis hospes capitis aut manus absconderem inire debuerit cum aduocato nostro Domini episcopi Iudex in eadem villa causam talem iudicabat ita ut compositionis illius pars terea nobis cedat & supradicto episcopo due partes. Ita apparet, simultaneam Jurisdictionem in causis peregrinorum delinquentium, etiam intra dicti priuatorum, penes principem suisse.

Ad §. VII.

Saxones -- nostrorum ducum liberalitate inuitati. BOGISLAUS II. atque CASIMIRUS eiusdem numeri in Pomeranis, JAROMARUS vero primus cum filio WITZLАО I. in Rugianis, auctores fuerunt. Non temere, vt arbitror, sed qualibuscunque rerum monumentis edocti, iam olim, ante sexcentos, qui tunc præterierant, annos, maiores atque in imperio antecellentes tuos principes, eodem remedio admittendorum, qui tunc forte in vicinia aderant, Slavorum, detrimenta populi sui reparasse. Bis igitur res publica nostra Pomerano-Rugiana, nororum aduenarum solenni receptione, soliditudini suæ consuluit. Vtraque uice in melius. De emolumenatis, qua Słanis debentur, videre est *Hist. mea feud. p. 24.* De Saxorum in patriam hanc meritis, ib. p. 132. 157 & 161. sqq.

Ad eandem §.

Ad condenda per prouincias nostras municipia, insignibus munificentie leuamentis, accendebanter. Quicquid principes nostri in commodum ciuitatis, aut Dei aut sue vñquam sufficerunt, non parca manu, sed augusta liberalitate promouendum duxere. Episcopatus Caminensis, municipia nostra, ultra conditionem plurimarum ciuitatum Imperialium, ditionibus prædiisque ditata, Academia Gryphica munificentissime prouisa, gloriæ monumenta æternum durabunt.

G

Ad

XLVIII.

Ad eandem §.

Nobilibus rura impertiebantur, clentilari lege, cultui & fertilitati reddenda. Operæ pretium erit ipfos scriptores nostros, saltim præcipios, ea de re narrantes audire. THOM. KANZUIVS in *Chronico suo*, sive ut rectius dicam, primis lineamentis illius, paucissimis tetigit eam, potioreisque rationem aduenarum habuit, qui ad vrbes condendas, quam qui ad agros colendos hic inuitati erant. So war, inquit, bey dieser Fürsten (Bogislai II & Casimiri II) Zeit, etliche jar gut Fried, darumb erholte sich das Land und kamen Teutsche und Sachsen berein bei baussen, und bewerben viel Stette, etliche von neu auf und etliche so zuvor verwüstet waren, darunter in Vorpommern --. NICOLAUS à KLEMPZEN in *genealogia ducum Pomeraniae* aliquanto explicatus refert, worauf dan (memorauit ante liberalem ducum in uitationem) viel von Adel deren geschtæchte noch auf heutigen Tag in diesen Landen im grossem Ansehen und guten vermögen seyn als die Ramelle, Blanckenburge, Platen, Horne, Lancken, Münchhaufen, Winterfeldte, Heiden, von der Leine (in *Chronico suo von der Lübne vocat*) vnd andere mehr sich berein begeben, welchen die pommerschen Fürsten Herzog Bugslaff und Casimir wüste Feldmarken eingebauet und verleibet und haben dieselbe, aus ihr Landarth sachsenische Bauren in Pommern gebracht, Höfe und Dörffer gebauer, den verwüsteten Acker wiederrumb begatet vnd also das Land ihrer besten Gelegenheit nachgebraucht. In *Chronico suo*, post nominatas easdem nobilium familias, ita: vnd denselben Edelleuten haben die Fürsten hin vnd wieder wüste Feldmarken geschencket, welche vortan haben sachsenische Bauren berein gebracht, Höfe und Dörffer gebauer, die verwüsteten Acker gerader und begades und also das Land zur drach gebracht. Ill: VAL. EICKSTEDII nostri sequens, in eam rem, relatio habetur: (duces BOGISLAUS II & CASIMIRUS II.) togati muleis annis reipublica prefuerunt, & quod ingenuos principes maxime deder, commodorum suorum oblitii omnes suas cogitationes ad pacem & publicam utilitatem conueterunt. Ex Saxonia & reliqua germania homines industrios, qui desolatos atque deseratas regiones excolerent, neglegentes agros recenti cultura fecundos redde-rent, auersas urbes instaurarent & nouas condiderent magnis sumptibus, dataque omnium fere onerum ac vestigialium immunitate accersuerunt & iur

iure antiquo ierentur, permiserunt. MICRÆLIUS demum scilicet
 praecedentis scriptor, in sua *Pomerania* L. III. §. 5. paulo aperteius elo-
 cutus est, peregre convocatos nobiles, titulo feudi, agris donatos esse,
 his verbis usus: *als haben sich* (ad initia menta pollicitationesque prin-
 cipum nostrorum) *viele von Adel und Unadel aufgemacht und sind, wie*
man saget, also in dis Land die Ramel, Blanckenburge --- und andere
mebr zu uns bereingekommen, welchen die Fürsten wüste Feldmarken
eingerban und ihnen verlehnnet, dass sie solche mit Sächsischen Bauren,
die sie dazu schaffen musten, begatten, und nach ihrer besten Gelegenheit
brauebieren. Qua L. VI. n. 42 in eundem sensum repetuntur. Hic,
 sane ob oculos est, scriptores nostros antiquiores, ne quidem directis
 verbis, memorie prodiisse, quod aduenis nobilibus illis, agri deso-
 lati, feudi lege, traditi sint: nisi eo intrepetari velis vocem *verleihen*,
 qua solus KLEMPZENIUS usus est: *quoniam & illius notio non*
necessario concessionem feudalem inferat, sed traditionis facta modum
in medio relinquat. Quin ipse KLEMPZENIUS, loco Chronicorum
 adducto, de plena donatione explicat videtur. Neque EICKSTE-
 DIH auctoritas maiorem rei lucem affundit, quandoquidem ille titu-
 lum nouæ possessionis ne tetigit quidem. Cuncta ad MICRÆLIUM
 recentissimum chronicographum redeunt. Ita ut prætenui argumento
 inniti videatur, ea de feudis in Saxones nobiles collatis, sententia, nisi
 aliunde paratis fulcris substruatur. Nam si KLEMPZENII ultimo
 effato verbotenus inhærente velis, eodem iure dixeris, pleno peculio
 prædia ipsis data esse & eodem iure habenda, quo indigenæ nobiles
 possidebant terras suas, longa hereditate auitas. Non tamen ego
 quidquam nouandum duxi; sicutidem, & apud Historicos & Jurecon-
 sultos nostros recepta hypothesis illa iam dudum inualuit, quod Saxo-
 nes iure feudali, agros, à ducibus nostris, obtinuerint suos: sed quantis-
 cunque rationibus in *Historia feudali Pom. & Rugie* p. 127. sqq. insuper
 evincere conatus sum, non alium possidendi modum, aut principibus
 nostris aut aduenis illis, pro præfenti rerum suarum statu, commodi-
 rem fuisse. Neque in eo tum expleuisse mihi videbar partes meas.
 Sed &, quo loco habenda sint ea, quæ tunc enasebantur, feuda expo-
 siturus, subductis, ut poteram, rationibus, pronunciatiis, *datorum*, non
oblatorum numero fuisse. Verum ea, Viro Excellentissimo atque

L

Consultissimo Dn. D. AUGUSTINO BALTHASARI, Professori, in
hac Alma, Juris Celeberrimo, tantopere displicuit doctrina
mea, vt refellendam suscepit in aliqua animaduertione, ad præloqui-
um suum actui inaugurali disputat: Dn. RUDLOFF præmissum, quam
reperire licet, in eleganti farragine opusculorum suorum, nomine *Ri-
tualis Academicus MDCCXLII. 4. edita p. 342.* Spero tamen fore, vt
non æque displiceat meum quod nunc fubeo, qualiscunque responsio-
nis officium. Tria, vti præuideo, peragenda erunt. I. vindicare ha-
bebo sententiam meam, II. examinare rationes Balthasarianæ, III pau-
cula, de ponderi hujus controversia, superaddere.

Quod pertinet ad primum caput, bene consultum existimo sen-
tentiae meæ, ex silentio Scriptorum nostrorum. Nempe, quia apud
illos collatorum in Saxones aduenas prædiorum tam manifesta, con-
stans atque vñanimis memoria est, seudorum autem à nobilibus in-
digenis, ante id temporis, oblitorum, ne minima quidem commemora-
tio occurrit, hoc silentium vtique me eò adigere poterat debebatque
vt præter fidem atque testimonium eorum nihil admitterem; quia
Historici non est, communisci atque effingere, sed rerum monumentis
& probæ fidei traditis infistere. Bene habeat tantisper monitum ce-
leberrimi Dn. BALTHASARIS, quod i silentio scriptorum domesticorum
in re tam antiqua, non licet deducere argumentum, cum non mox cum
ipsis feudis etiam littere inuestiturarum innoverint. Valeat hoc quan-
tum potest. Sed à præsenti casu alienum puto. Nostri Scriptores,
qui de Saxonibus, annum circiter MCXC, receptis deque agris in illos
collatis, tam euidenter tradiderunt, non magis ignorare poterant,
neque tradere omisissent, si indigenæ nobiles nostri, intra illud octen-
nium, quod ab anno receptorum principum Pomeranorum in ciuita-
tem Imperii, millesimo centesimo octogesimo primo s. secundo, ad
proximum nonagesimum eiusdem seculi effluxerat, oblationis sponte-
nalis prædiorum suorum in feudalem obligationem, iam tuni, vna al-
teraue exempla fecissent. Nam hec mire videri poterat res & non
minus memoratu digna, quam illa de feudis saxoniciis. Jam vero, vbi
nihil prorsus de eiusmodi feudis tam mature oblati, tamque memo-
rabilibus, referunt, illud silentium non leuem, certe, vim habet pro-
bandi, nec quidquam, circa hæredia nobilium indigenarum, intra octen-
nium

nium illud immutatum esse. Verum hæc omnia mēam ne quidem causam contingunt, qui nusquam assrimasse memini, e translatis in Saxones prædiis, rei feudalis nostræ primas origines resultasse; aut non alia feudorum, etiam oblatorum, exempla anteinvise. Saltem pagina 129 Historia mæx feudal, ad quam Excell. Dn. BALTHASAR, eam in rem prouocat, nunquam id evineetur. Hæc igitur mihi veluti obtrudit sententia: quamuis, si quis flatuere vellet, per rationes allatas, non infrunitam existimarem. Mea cum Dn. BALTHASARE controuersia erit: num feuda Saxonibus concessa, indolem habuerint datoru^m an oblatoru^m? Illud ego, hoc Jlle affirmamus. Hanc autem causam meam, non, vti quidem vñsum est Dn. Dissentiens, ex silentio Scriptorum, sed ex aperte proditis eorundem & ipsa rei gesta natura discepto. Saxones alienigenæ bona conferenda principiū erant, aut iure domanii antiquo aut consolidationis recens factæ. Vtrinque testimonio scriptorum domesticorum certum habetur. Jam dicat mihi aliquis, rogo, quomodo illi Saxones peregrini, quæ ipsorum non erant, bona principibus nostris, in feudum offerre potuerint. Dari autem poterant, adeoque per ipsam naturam suam perque liberalitatem principum nostrorum, fenda siebant data: non vero oblata. Nec quidquam faciet, ad dirimendam hanc litem, si vel maxime sibi conflare systema Balthasarianum, quo contendit, ante hos Saxones, iam vnos alterosue indigenas nobiles prædia sua, in nexus feudalem obtulisse, tuncque principes nostros ea gratia in aduenias illos vñs fuisse vt eodem iure, iisdemque priuilegiis feudorum oblatorum gauderent. Namque hæc omnia, salua origine historica eorum, fieri potuerunt. Cum, quicquid indulgentia principum ipsis tribuit, non propterea habendum est, tanquam quod indoli eorum natuum fuisse. Meum autem tune erat, ex manifestis narratis scriptorum nostrorum exponere. Quantum autem verisimilitudini insit, illi, de prædiis alodialibus ante aduentum Saxonum, in feudum oblatis, principio Balthasariano, de eonunc pluribus differant.

Celeberrimus Dn. Dissentiens I. conjecturando hoc adstrui posse existimat. Coniectura Ipsius est, tam eo tempore, cum principes BOGLIUS I & CASIMIRUS I. an: MCLXXXI vel sequenti, consensu Saxonum ac nobilium imprimis, consilium inierint, terras suas Imperio

XLII

imperatori in feudum offerre, etiam inter principes nobilesque ex ordine
statuum consultum fuisse, sua preda principi iisdem, more reliquarum
Germanie prouinciarum, in feudum offerre; quod consilium capiendum
eius temporis ratio ac turbulentus, ob crebras dissidationes Germanie
status postulasset. At enim video mihi hichabere exemplum, de eo,
quod nimium est in conjecturando. Coniectura est, qua ex circum-
stantiis aliquid colliginus esse aut non esse. Jam facilis sum credere
cum Excell. Dn. BALTHASARE, principes nostros de negotio tam
arduo, quo alienum ipsis subeundum imperium & reipublicæ Pome-
rance nouis atque à pristina longe diversus habitus comparandus erat,
nihil ex suo arbitrio, sed adhibitis ordinum suorum consiliis, defin-
uisse. Etenim huic conjecturæ ratio subest, quandoquidem non igno-
ramus, eam, inde ab antiquissimis temporibus, reipublicæ nostræ
formam fuisse, vt ordines illius in partem curarum venirent, si quid,
communis salutis causa, aut confundandum aut decernendum esset.
Hactenus igitur conjectura ipsius bene habet. Sed ulterius progredi-
endo languescit. Nam quod, eadem opera, Principes nostros atque
nobiles inter, conuentum fit, de prædis horum in feuda oblata com-
mutandis, id, certe, eiusmodi est factum, quod probandum, non di-
uinandum erat. Nam quid queso, in Systmate Historiæ nostræ ob-
uium est, quod huic conjecturæ anfam aut fundamentum præberet.
Principum nostrorum, à nobiliū, longe, tunc temporis, dispar con-
ditio, erat. Illos circumstabant angustia undiqueaque urgentes (vid.
Hist. feud. p. & R. p. 116. sq.) nec alio remedio eluctari se posse exifi-
mabant, quam ut Imperator FRIDERICI conditionibus speciosis ob-
temperarent. Hos ad mutantum statum nulla necessitas compelle-
bat. Neque enim dubitandi ratio suppetebat, quin sub patrocinio prin-
cipum suorum, iure pristina subiectionis, atque feliciter agere possent,
quam nouum fidelitatis vinculum in eundo. Principibus vero nostris pe-
rinde esse poterat, sive subiectione sive nexu feudali obstrictos nobiles
haberent. Celeberrimus Dn. Dissentiens quidem opinatur, morem
reliquarum prouinciarum Germanie illos ad id commouere potuisse.
Sed sciendum est, nondum eo tempore, etiam in reliqua Germania,
feuda nobilia tam frequenta fuisse, vt non frequentiora fuerint hære-
dia. Fidem rei faciunt tabulae huius ætatis, in quibus plura allodia
quam

XLIII

quam feuda reperias. Nec desunt domesticæ; nam forte ad manus eis fundatae ciuitatis Tribusæ diploma de an: MCCLXXXV, quod aper te testatur, Vicum Tribuseensem, qui vrbi imminet, allodium MAR QUARDI cum thorace s. PLATENI fuisse. Hoc obseruasse, multum iuuat. Nam! Platenorum gens, vñanimi Scriptorum nostrorum consensu, ex earum numero est, que evocantibus terræ principibus, huic acceſſere & agris desertis ditatae sunt. Ut vel illo documento eluceat, nobiles, qui tunc temporis, prouinciam nostram foris ingressi sunt, saltem non omnia latifundia sua in feudum, sed quædam etiam in peculium accepisse. Nisi enim, que circumspexi, rerum gestarum series me totum fallunt, MARQUARDUS ille primus allodiū eius acquires fuit. Siquidem ex aliquo Principis Rugini. WITZLAI I. diplomate cognitum habeo, extraneos Teutones an. circiter MCCXXI, demum in terram hanc Tribuseanam admislos esse. Augeturque coniecutra mea, quod, prodentibus literis illis dotatae Tribusæ, MAR QUARDUS a PLATEN, non ad annum usque MCCLXXXV. allodium illud possedit, sed quædam habuisse dicitur. Unde intelligitur, quam prope posseſſio ipsius annum intromissorum Saxonum MCCXX primum contingat. Jam vero quid inde erues, si vel maxime concedatur, quod in reliquis Germaniæ prouinciis, feuda iam tum frequentia esse coepirint? Nam cum domestica monumenta loquuntur, quod ne aduenis quidem mera feuda, sed & allodia intermixta concessa sint, multo minus coniicere licebit, adeo perplacuisse indigenis nostris nobilibus feudalem obligationem, ut tam propere illam, pre aucto possidendi modo, maluerent. Quod principes eorum, non nisi agre fecerant, cur ipsos lubenter & festinanter imitari voluisse existimaueris? Omnis periculum habere videtur mutatio atque non nisi cunctanter suscipitur. Quam parum aliorum mores & instituta, in eiusmodi rebus, ad communendum valeant, Orientalis Frisia exemplo est: cuius, maiorem partem, incolæ rurales, hereditaria proprie tate acceptos agros tenaciter feruant, neque principum suorum neque aliarum prouinciarum Germaniæ dudum prævia uestigia, quidquam morantur. Non magis opitulari uidetur coniectura Balthasarianæ dif fidationum obtextus metus. Necdum seculo XIImo, quod retrahere Dn. Dissidenti placuit initia fendorum quæſtionis nostræ, ea latrocini o-

riorum graftabunda violentia regnabat inter priuatos, quæ saeculo de-
mum XIII^o adulto, longioris interregni occasione, intolerabiliter
gliscet. Quorundam si libet, mecum differre successiva fendorum
nostrorum oblatorum incunabula, in eandem sententiam pedibus me-
eantem inueniet His. Feud. Pom. Rugiæque p. 131. Si non videtur, iam
è confessis illam coniectionem suam de præmaturis, quia precipitatis
indigenarum nobilium nostrorum ad obligationes feudales consiliis,
rationibus destitutam experietur. II. Alterum praesidium sententia
Dn. BALTHASARIS ponitur in asserto Ducis Sedineensis PHI-
LIPPI II. daff, so bald Pommern an das Reich gekommen, auch zugleich
die gemeine Lehn-Rechte dafelß in Verlang gekommen, quod reperi
dicitur iu decreto aliquo fori Ipsius aucti d. XX. Novembris MDCIX.
in causa feudali DEWITZIORUM, promulgato. *Quod si enim, in-*
quit, Jus feudale, mox eo tempore, obiruit, etiam mox eo tempore feuda,
hic locorum, adfuerunt, quibus Jus feudale Langobardicum applicari
potuerit. Ad Saxonum autem feuda id fieri non posuisse, quoniam illi
non sicut adfuerint, sed post fata demum primorum Pomeranie ducum
BOGISLAI I. & CASIMIRI I. az. circiter XCum eius seculi, pedem hic
locorum fixerint. Verum ut magna fedulitas, ita parum roboris inest
huius argumentum. Nam neque Dux PHILIPPUS, neque dicasterium
Ipsius, allegata illam sententiam pronunciavere: neque à principum
& tribunalium edictis principia veritatum Historiarum repetenda
sunt. Quod nunc sepono, sed pluribus excutietur, ad §. huius Capiti
tis II. vbi de inititis LL. Langobardicarum, cum Honoratissimo Dn.
Dissentiente, amice conferendum, insimulque de auctoritate MI-
CRÆLI^{II} luc adducta, dispiciendum erit. Cæterum de eo inter nos
non queritur, an infirmiores nobilium indigenarum familie diu ante,
prædia sua in feudum obtulerint, quam potentiores Borkiorum, Wede-
biorum aliorumque id exemplum imitati sint; sed an debiliores
actiuntur post receptionem principum nostrorum in ciuitatem Imperii
id fecerint? Illud, nec de infirmioribus tantum, verum & opimioris
fortunæ nonnullis e.g. BEHRHS atque OWSTINIS largior: Hoc
autem, ob rationes paulo ante deponitas, negandum duco. Jamque per
hactenus disceptata apparet, non, vti quidem Excell. Dn. BAL. THA-
SAR arbitratur, tam *inconcussam illam afferionem suam esse, de feudis*
indigenarum nobilium tantopere maturatis. Deni-

Denique de momento huius controversiae pauca commemoranda
veniunt. Etenim altius de eadem cogitenti, fortassis oggeri posset
quaestio: an plus inter sit rei feudal is nostræ priuatæ, aut hanc aut illam
amplecti hypothesis? Nempe, ut reputo, nisi fallor, nexus rerum
gestarum Balthasarianus, *indigenas nobiles nos ros, statim post annum
MCLXXXIII initium offerendi prædia sua in feudum fecisse: formata
deinde, ad cundens typum, etiam esse Saxonum aduenarum possessiones atque ita demum omnem feudorum nostrorum indolem, ipse originatione
sua, ex oblatio prouenisse, ille inquam, rerum gestarum nexus, in maiorem causa commendationem verti videtur.* Sed contra interpretor.
In rebus facti, prater fidem Historicam, nihil est alterendum. Ideæ
arbitrariae rerum gestarum nihil operantur. Si probari posset illa
eventuum series, aut probabili saltu coniectura adstrui, salua res foret & egomet promptius in assensum. Nunc focus omnia. Ne credibile quidem est, nobiles Pomeranos, intra proximum ab anno
MCLXXXII decennium, de mutando antiquo statu suo cogitare potuisse, adeo bellis inferendis reprimendisque tota hæc patria distingebatur; tantum abeisti ut exequi potuissent, incumbentibus vndique hostibus, tumque ultimam illam ruinam parantibus quam, post mortem
parentis BOGISLAI I, Filii BOGISLAUS II. & CASIMIRUS II. intronisis Saxonibus, reparare connitebantur. Vide ut nulla, ne levissima quidem, vestigia fundamenti relinquuntur, quibus innitatur
nominum illud de feudis indigenarum tam citis, sistema. At mea, ut
ab initio euiculum est, & tellimonii scriptorum, & naturæ rei ipsius
gestæ, atque analogiæ Historicæ, quin monumentorum illibatae fidei,
ad annus, conuenit respondetque hypothesis. Et, si extra partes
penitaueris, rem feudalem priuatam Pomeranæ in excellentius admittat.
Nam quod profapæ nostræ, cana antiquitate illustres, dominium
in terras suas auitum tenacius seruauerint & non prepropere, sed
suspensis ad prudentiam consilio & diu præmeditatis, successive de-
num, ut cuique visum erat, deposuerint: quod & Saxones aduenæ,
saltæ non omnia, in feudum, sed & plura in *allodium* acceperint
bona sua, id hanc eiusmodi erat ut offerendis denique in obligatio-
nem feudalem prædiis, maiora priuilegia, excellentiores prærogati-
vas, augustiores immunitates, prorsusque tales compararet, quales e-

LVI

questrum, in Pomeranis, Ordinem olim splendidum fecerunt, & hodiernum, munificentia incomparabili Augustissimi FRIDERICI I. Regis, exquisitus nobilitant. Ita, è rerum gestarum nexus meo, cuncta in fauorabilius resultant. Nec quemquam offendat, quod in *Hist. feud.* P. *Rugieque* p. 128. que in Saxones conferebantur feuda, non oblata, sed data fuisse, dixi. Nam, vi Historia & rei gestæ natura praente, id asterendum fuit, ita principum nostrorum indulgentia, oblatorum indolem ipsis tribuere potuit, non de num, vti Celeb. Dn. BALTHASAR existimat, in prævia, que nondum erant, indigenarum nobilium feuda intuendo; sed vt voluntariis pacis videbatur, vt aliorum in Germania, hujus indolis feuda ob oculos erant, vt denique in suorum met indigenarum prædia id aliquando mutationis genus aut conueniret aut successu temporis, iam tum in conspectu erat. Quid? quod inter ipsos Saxones suos, habere poterant, qui mutatis in feuda *allodis* suis, exemplum præberent. Ita eluctamur. Atque ex istis principiis, neque egomet dubitavi afflere in *Hist. feud. cir. p. 681. not. (*)*, Saxonici nostris feudis, origine historica *datis*, *oblatorum* naturam additam esse. Postremo parum intereste videtur, quicquid discriminis, natales aut fata feudis nostris attulerint: sequiora tempora ad eandem formam redegerunt & Patris patria indulgentissimi FRIDERICI I. clementia, qua Pomerania cum Rugia mansueto sceptro Maiestatis Ipsi soubetur, perpetuo edicto, æqualia fanciuit (*).

Ad §. VIII. p. 7.

Que hactenus legibus, non scriptis quidem, sed consuetudinibus in normam receptis, vsa erat. Inter leges domesticas patricie nostræ antiquissimas &, non tantum à temporibus Slavorum, sed & Vandalorum, repetendas præter instituta iudicia Slavo-Rugiana, que in codice Juris Rugiani, ad unum systema redacta sunt, non immrito etiam referas, leges nauticas Pomerano-Rugianas. Etenim ea prærogativa, hæc patria nostra reliqua veteris germaniae provincias antecellit, vt urbibus non qualibuscunque, sed prægrandibus & per omnem Europam fama insignibus emporis, Vineta, Julino, Arcona, que ipso nomine suo Scythicas origines præfert, atque Carenza, superbi.

(*) Vid. *Hist. feud. P. & R. p. 1371.*

binerit. (*) Vineta Stralsundum nostrum, quin totum Rostochium, ut
hodienum rudera ipsius submersa ostendunt, amplitudine superavit.
Julinum, post Constantinopolim, celeberrimum emporium fuisse cre-
ditur. Habitarent utrumque Winithi, Vinni, Heneti, Suenones,
Slaui, Vandali, Dani, Sueci, Cambriui, Saxones, Gothi, Circipani,
Judæi, Rutheni & Russi, ob fidem ecclesiarum orientalis, Græci diidi, quæ
singulæ nationes suis coniunctæ erant plateis: & quanta multitudine
exinde intelligas, quod an. MCXXIV, in solo Julino 22000 ciues chri-
stianis sacris initiati sunt. Areona commerciis prædisque marinis di-
stinctissima cultuque spurii numinis Suanteviti frequentissima: neque minus
Carentza tanto populo fuit, vt, cum Danis an. MCLXVIII, submittere
tur, 7000 ciuium armatorum in conspectum venirent (**). Tanta
magnitudinis respublicas incolarum natione, deuotione, operisque di-
ueris, quis crederet, sine legibus atque statutis, etiam positivis & ad
societatis habitum accommodatis, vivere potuisse? De Vineta atque
Julino credendi ratio est, Jus ciuicum apud illas, è melioribus natio-
num ante dictarum moribus, conflatum fuisse, cumque & Judæi intere-
rrant, non abs re est dicere, legum Judaicarum intermixta nec absfuisse.
Sed præprimis amplissima illa commercia per mare Balticum perque
oceânū frequentata, sine legibus nauticis, neque salua esse neque fuc-
cedere potuerunt. Ut, si iuslas horum omnium rationes inire velini-
mus, tantum non pro indubitate habendum sit, antiquissima iura ci-
uica pariter atque nautica, intra Pomeraniam nostram Rugiamque
quærenda esse. Vnde, quis dubitaret, cum ipsis commerciis, pretio-
sissimisque rebus Vinetæ aquis paulatim exelæ, in Visbiā Gotlandia
commigrasse, vel saltem iuri nautico Wishiensi lineamenta atque fla-
mina suppeditasse, illa nostrata antiquissima? (*) Tum vero porro

H 2

con-

[*] Vid. *Programma meum von dem Alter und Ursprung der deutschen Städte ins gemeins, wie auch der Pommarschen und Rugianischen insonderheit, quod præmissum est dem historischen Bericht vom Ursprung der Stadt Greifsw. 1733. 4. Gryphiw. ed.*

[**] Vid. CHYTRÆUS in *Praem. Metrop.* p. 30. RANCO in *Origg.*

Pom. p. 27. 65. SAXO Grammaticus Hist. Dan. L. XIV. BONNUS L. I. c. 2. II. c. 12. CRANTZ. VANDAL. L. V. c. 12. addantur Nostrates Historici MICRÆL. L. II. c. 15. Pomeranie & Syntagm. Hist. Pol. L. III. Scđ. 12. p. 1109.

[*] conf. EERTIUS *Comment. Rer. Germ. L. III. p. 712.* de Wisbia.

LVIII

consequeretur, ut ultimæ origines Juris, quod successu temporis, in ciuitatibus maritimis germanicæ, & præsertim Lubecensi floruit pariter ac nautici s. Hanseatici s. Belgici, è Pomerania potissimum nostra & Ruggia earundemque emporiis, reliquas omnes ætate antecedentibus, repetende sint (**). Ceterum cum hæc tum alia, qua forte fuerunt, pristina iura nostra, pro non-scriptis olim, habenda erunt, donec, si sperare licet, evidentera argumenta contrarii reperientur. Si per caracteres Runicos scribendi ratio ad eam ætatem referri potest, vt referendam non dubito, fieri id sane potuerat, quandoquidem & Gothos, inter urbium nostrarum incolas, fuisse constat: neque Judæos scribendi gnarus defuisse. Sed Historici non est aquiescere in mera possibilitate, uerum, qua facta sunt, narrare, quod, sine præsidio scriptorum monumentoruinque, non est audendum. Igitur neque ego ausus sum in der Einleitung zur Pomm. und Rüg. Jusfizit-Hist. p. 10. seqq. Forte ratio politica obsuit, quo minus iura scriberentur. Alioquin dixerim, emporia illa nostra, ob commerciorum prolixa & vim omnem felicissimæ memoriaræ excedentia negotia, scribendi arte, carere non potuisse, quoconque caractere exercenda. Denique monendum est, Legum nostrarum Jomsburgen s. monumenta me iam exposuisse l.c. p. 14. seqq.

§. Ad eandem p. 8. & 9.

Legibus in patriam nostram foris allatis, quarum hic mentio facta est, adiicienda sunt leges *Danice*, quarum Rugia potissimum imbuta est placitis, ex quo Danorum rex Waldemarus I. eam an: 1668 ad imperata sua clientelamque suscipiendam, viætricibus armis compulerat. Etenim, vt solent viætoris populi mores & instituta devictorum consuetudinibus misceri, ita & Rugiani nostri, ab eo tempore, paulatim, in rebus iuris dicundi exercendique, vt ita dicam, danizare incepunt. Testimonium ea de re omni dubio maius exhibet congregatus codicis Rugiani Auctor MATTHIAS NORMANNUS, in prefatione eiusdem ad principem directa, vbi de STOISLAO ZUMIO nobili Rugiano, prædicat, quod non tantum *monarcha pene Juris Vandalicis*

[**] Meine Einleitung in die Powr. und Rüg. Jusfizit-Hist. p. 14. in der Anmerkung.

lici & Rugiae consuetudinibus, sed & osor non minimus Juris Danici fuerit: cum, e diverso, BALTHASAREM JASMUNDUM prefectum Rugiae, ob nimium iuris Danici studium notat, et si in administrando iure tam caute versatus sit, ut contra praescripta iuris Rugiani nihil unquam pronunciauerit. Baltzer van Jasmund, inquit, is bernach Landvoigt geworden und ob er woll dem Dänschen und Suerinschen Rechte sehr beygefallen, so hat er doch gemeiniglich niemalen diesem nachgeschriebenen Rechte (Rugianum innuit) etwas zu widern erkannt. Eluceficit exinde, quam sedulo cauerit NORMANNUS, ne quid Juris peregrini sive Danici s. Sueriensis codicem suum ingredereatur, quem limpidissime Vandalico-Rugianum cupiebat. Igitur ille merito pro genuino thesauro habendus, in quo Jus illud consuetudinarium obuum est. Nec dubitate attinet, varia ipsi instituta inesse, quæ à themide non tantum Vandalica & Slauica, sed & Scythica proficiscuntur.

Ad eundem §.

*Culmenſe. Jura culmensia, quoad legibus & consuetudinibus domesticis originem debent, longis retro facultis Pomeraniae vteriori, non tam innotuisse, quam propria fuisse, credendum est. Noſtra enim Pomeranorum terra, vt olim versus Poloniam atque Borussiam excurrebat, prouincia sua Suetzenſi, ad tractum Culmenſem tam prope accedebat, vt non niſi Viflula flumen diſcriben vtrinque interponeret. Quod tamen non ita insuperabile fuit, quin Pomeranica virtus ſepius transgressa fit. Quicquid igitur apud Boruſſos Culmenſesque olim pro consuetudine legali obſeruatum eſt, ab institutis Pomeranorum vteriorum, non admodum alienum existimes. Niſi omnino dicendum eſt, jus culmenſium, qua primas origines, Pomeranorum moribus tantum debere, vt ſemi-domesticum fuerit &, vel eo nomine, fe illis commendare potuerit. Cæterum animaduertere licet, in apographis monumentorum noſtrorum, pro iure Culmenſi (*dem Culmischen*) vitio ſcriptionis, plus simplici vice Colonienſe (*das Cölnische Recht*) me inueniſſe: quod monendum hic duxi, ne lectors rerum noſtrarum ignari, eo errore in avia ſe patiantur abduci. Nam vt patria noſtra ab uſu ponderis in re monetaria, priſtrinis temporibus,*

non abhorruit, ita iuris coloniensis villam rationem habuisse, me, facto, ignorare: Si discelleris à Capitulo Caminensi, cuius priuilegia & immunitates ad iura atque instar ecclesie Colonensis, indulgentia principis CASIMIRI I. attemperabantur (*)

Ad eiusdem si not. () p. 9.*

Primas origines feudorum Pomeranicorum, introductio, apud nos, iuri Langobardico anteueritisse, eum, loco hic citato, tum in *Historia feudali Pomeranie Rugsique* p. 147. seqq. asserere ausus sum. Non temere, vt putaueram, sed rerum gessaruna tenorem, qui tunc fuit, diligentius pensitando. Attamen sententiam, abhinc, meam, in datum vocavit Vir Juris-Confutissimus atque Collega meus Honoratissimus Dn. D. AUGUSTINUS BALTHASAR in *Præloquio actui disputationis inaugurali* Dn. Candidati IKII premisso, quod reperire licet in ipsius *Rituali Academico* p. 363. Neque dubiam tantum facere, sed & omni verosimilitudini, testimonio probatissimorum documentorum, ac ipsi experientie subsequentium temporum adversam declarare voluit. Non simillimo in me animo, quem procul illuam habere confido; sed studio veritatis rimandæ, in commodum Historiae patriæ, quam deamat Vir Excellentissimus & laudabilis prudentia confilio, cum doctrina vsuque iuris coniungit. Igitur hic quoque committam, vt ratio ipsi conslet sententia mea. Ante omnia fatendum est, nulla, ad eiusmodi quid statuendum, me adiuuare potuisse litterarum monumenta; quandoquidem nec tabulae vllæ collatorum feudorum nec alia huius argumenti charta ad illam extatem pertingunt. Ex solo systemate Historico opinandum fuit. Quod, si intuecamur consulamusque, primum quidem, pro certo, dicitur, ante principes nostros BOGISLAUM & CASIMIRUM I. in ciuitatem imperii R. G. adoptatos, feudorum, priuatorum nobilium non quidem nulla sed rariora, in Pomeranis exempla fuisse. Neque ipso sua sponte, ex auto summæ potestatis fastigio, in illam clientelam transisse, constat; sed variis demum Imperatoris FRIDERICI I. solicitationibus delimitas, & rationibus, quibus tunc circumscripsi erant, permotos. Vid. *Hist. meam feudal. P. atque*

[*] Vid. dipl. eiusdem Principis apud RANGONEM, *Pomerania di-translationem episcopatus Pomeranici plom. p. 154.*
Julino versus causum confirmans

argue R. p. 115. seqq. Hæc apud me reputanti, non potuit esse tanta audentia, ut crederem, primores prouincie nostra, actum, in ea vestigia Principum suorum succedere voluisse: cum neque analogia Historica, neque scriptorum nostrorum tradita quidquam produnt, quod ad mutantum pristinam conditionem suam, vel leviter eos commouere pertuisset. Et Historicum me agere memineram, cui, vbi in rebus facti versatur, communiceundo fidem corrumperet, nullo viri probi argumento, fas est. Circumficienti igitur atque excutienti quasi omnem ætatis illius historiam nostram, non priora obuiam fuerunt priuatorum feuda, aliquo numero, quam quæ principes BOGISLAUS & CASIMIRUS, illis nominibus secundi, nobilibus peregre accitis, ad ynanimem consensum scriptorun nostrorum, elargiebantur, accepta iniunctio sponfione seruitorum. Jam vero, quod ad partes meas scribentis Historiam feudalem, tunc quidem, pertinere videbatur, cum alia me deficerent præsidia, conjectura assequi studebam, ad quamnam amissum ea feudorum in istos nobiles collatio exacta sit. Non oblitus sum fui Juris Langobardici, sed impetrare à me non potui ut crederem, Jus alienum, quadraginta circiter annos ante, in Italia Italique compilatum, tam citis passibus, omnem germaniam pervagatum esse, vt iam tum fines etiam nostros, scholis, quorum beneficio innotescere potuisset, prorius vacuos, ingredi (*) & pacientibus invicem Principibus nostris nobilibusque aduenis de agrorum Pomeranicorum possessione atque habendi ratione, pro norma esse potuisset. Neque surrebat mihi vel minima coniuciendi ratio, maluisse eisdem, in eo negotio constitendo, ad Italicas leges adstringi, quam ex Jure Naturæ, quod paœta euidenter dirigit et patriis moribus, destinata metiri. Nam

ex-

[*] Etenim nihil ad rem Pomerianamque nostram facit, quod Excellentissimus Dominus BALTHASAR I. c. p. 313. de scholis Juris Langobardici sub Imp. LOTHARIO iam florentibus, commemorat. Ne dicam, circa testimonium scriptorum, Virum amplissimum hoc afferuisse atque insuper, in eo, aliiquid passum esse humani, quod scholas istas Langobardicas ante Jus Longobardicum congestum, sibi imaginatus est. Quandoquidem hic congestus, ut communiter, atque ipsimet, creditur, anno circiter MC LII. sub Imp. FRIDERICO I. contigit, postquam LOTHARIUS II. iam MC XXXVII, ex hoc seculo migraverat.

LXII

extranea jura tum deum aduocari solent in partes, vbi eiusmodi est, quod tractamus, vt domi non habeatur vnde prouideamus. Et nostros pariter ac alios germaniae principes, adeo, nouimus, ad alienas leges haud pronus fuisse, vt vel ipsas Justinianae, nullo iussu suo, receperint. Non poteram igitur eō deuenire, tūt verosimiliter credere, Bogislaum & Casimirum, in adornandis rei feudalīs sūx primordiis, peregrino illam portius, quam voluntario habitu induere voluisse. Atque hinc mihi Juris primū feudalīs nostri notio subnata est, quod *domesticum fuerit, ex compactis principum nobiliumque voluntariis & natura proprietatis aucte prediorum nostrorum equestrium, primis initis, coauerit, cui Langobardorum placita paulatim in subsidium data.* Ita usū, apud nos, frequens esse ceperit. Succedentibus aliis, post alios, nobilibus nostris indigenis & peculia sua, in eadem conditione offerentibus, vt denique, quod in His. feudalē cit. p. 239. præcepi, Jus non tam Langobardicum, quam *Vafallagicum confuetudinario statutarium prouinciale,* exinde eratum sit. Jam vero, cum in omnia contraria discedit Excell. Dn. BALTHASAR & ne quidem satishabet, cum B. Dn. GERDESIO nostro, juris Langobardici vsum in Pomerania, Seculo XIII. asseruisse: sed & facul præcedenti XII, adeoque ipsis feudorum nostrorum initiis iam adhibitum esse, affirmat: eam mihi, apud Illum veniam futuram spero, vt qualecumque sententiam meam de argumentorum, quibus id euincere studet, robore, an insabilitate, hic edisseram.

Primum causæ Balthasarianæ præsidium in eo positum est, *quod, quo tempore principes nostri BOGISLAUS I. & CASIMIRUS I. cum Pomerania sua, clientelari nexus Imperio fuerint subiecti, eodem & nouis aduenis nobilibus Saxonia, sub fidelitatis lege, predia concesserint, indigene autem successa temporis ipsi predia sua principibus in feudum obtulerint. Sed, inquit, antea feudorum indolem, in Pomerania nostra, plane incognitam fuisse: oportuisse igitur, ut ad certa quedam principia regulativa utraque pars semper adfrinxerit: Quod non aliter fieri potuisse, quam secundum iura vicina, runc temporis Imperio R. G. usitata, qualia, secundum superius deducta, fuerint Jura Langobardica.* At enim, circa hæc principia concludendi, pace Viri consultissimi, varia obueniunt monenda. Nam (i) salua ueritate Historica

LXIII

rica dici haud potest, quod receptio principum nostrorum in ciuitatem R. G. & introducio feudorum priuatorum, tam arcto & indiuulso temporis interallo cohærent. Hoc citra fidem est omnium Historiorum nostrorum, qui una ore affirmant, non ipsos illos, qui clientelam Imperii subiuerant, Bogislaum & Casimirum I. sed illius filios eorundem nominum secundos, invitatis advenis, novæ in Pomerania rei autores fuisse: unde, cum CASIMIRUS II, anno MCCXVII, BOGISLAUS II. vero MCCXXII, diem supremum obiit, in promptu est intelligere, instituta illa feudalia, seculo denum labeante XII, aut omnino XIII^o ineunte, prima initia fuisse. Sed de indigenis credere licet, altioris id ipsis viis est in dagine, & paulo maturius cogitandum, quod semel faciendum; quandoquidem aucta illa possessio, quam à remotissimis temporibus, per maiores suos traditam habebant, ipsis non poterat non per placere. Nam, ut ominus mutatio periculosa, ita & hæc videri saltem poterat. Prorsus igitur pervasum habeo, quod & ipsa negotii illius natura postulat, aliquam, & insignem temporis periodum abusse, donec, neque aliter quam pedetim, in exemplum nobilium aduenarum, oblatis in clientelam pradiis suis, concesserint. Vide & Hist. feud. P. & R. p. 145. Neque (2) tam illimitate pro principio assumendum erat, ante annum MCLXXXI, quo Principes nostri, nexus feudali cum Imperio coniungebantur, *in adest feudorum in Pomerania*, plane *incognitam* fuisse. Ipsimet BOGISLAUS & CASIMIRUS, suscepta ab HENRICO L. prouincia Tribuseana; iam anno MCLXIV, clientelæ eiusmodi exemplum fecerant. Hist. m. finn. Princip. Rug. p. 74. coll. Hist. feudali p. 92. Neque alio quam beneficii clientelaris nomine, Rugiani, Principatum suum ultra-marinum, an: MCLXVIII, à Danis expugnatum sibi seruabant. Et, ne putas, priuata saltem ignota fuisse, specimen dabit Historia mea feudalium p. 293. not. (†) insigniter luculentum cornobio Grobensi, iam ante annum MCL, & jure Langobardico ne tum quidem compilato, à Principe nostro RATIBORO I. collati feudi. De quo pariter ac illo Danico-Rugiano, nec levissime coniucere licet, quod ad placita Langobardorum informata fuerint. Ne quid commemo-rem de feudiis ecclesiasticis decimarum fundorumque, ab Episcopo Pomerano, nondum adulto seculo XII, aut congetto Codice Langobardico,

LXIV

dico, concessis, quæ, si parallelas atque coæuas rerum series, vt Historico conuenit, intueri velimus, nulla veri speci, ad eundem exigi potuerunt (*) Hinc (3) mea, vt exigua est, sagacitas non capit, vnde ea, quam venditat Dn. Dissentiens, Pomeranis Principibus Nobilibus quæ enasci potuisset necessitas, in constituendis feudis suis, ad jus Langobardicum, quasi ad sacram anchoram confugandi, vt quemadmodum verba ipsius habent, *aliter id fieri non potuerit, quam secundum illud ipsum.* Nam, per Ipsiusmet deducta in præloquio modo citato, quam commodissime illud fieri potuit, secundum instituta & consuetudines domesticas, quas Pomerania nostra, pariter ac reliqua Germania habuit. Et quid multis in eam rem sive consuetudinibus sive Legibus opus erat, quæ nudis paciis absolui poterat? Etenim Jus naturæ, cum placitis atque moribus domesticis circa pacta ineunda obseruandis, toti huic negotio sufficiebat. Neque in ea, quæ tunc erat, temporum simplicitate, materiam de feudis tam perplexam fuisse atque spinosam exfiltrandum est, vt multis, ad definiendam eandem, legibus opus fuerit. Quin, si ex hypothesi Celeberrimi Dn. BALTHASARIS l.c. p.342. (de qua supra disceptatum est) prima nobilium feuda apud Pomeranos, non data, sed oblata fuerunt, sive jus Langobardicum, vt ibidem p. 346. quam rectissime præcipit, à summis principum nostrorum iuribus alienum est, sive, per propria principia Ipsius, illud, de necessitate huins Juris ad formandam rei feudalem nostram, assertum inuertendum potius erat dicendumque, *fieri non potuisse, vt feuda nostra ad illam formam aptata sint:* cum tam

[*] Tacebo insuper, non deesse inter Historicos, qui contendunt, megapolis vicinas terras, iam seculo X, quo Germanos adhuc ignorasse leges Langobardicas, celeberrimus Dn. BALTHASAR ipsemet forsitan fatebitur, & ab HENRICO acupe & filio OTTONEI. ad nexum feudalem redactas esse. Quin fallor, aut Dn. Dissentiens in Præloquio actui Disputorio Dn. Candidati RUD. LOFF premio p. RITUALIS 340.

atque seqq. totis viribus id agit, vt ostendat, consuetudines feudales patris in Germania, Langobardicarum receptione antiquiores esse. Jam vero scire cuperem, num Pomeraniam ad Germaniam, vt tunc erat, referendam existimet, an ab eadem secernendam velit. Si prius statuer, vereor, ne proprio se jugulet gladio; si posterius placet, aut difficilem, aut inanem, ad pervincendum, probationem habebit.

tam principibus nostris, quam nobilibus, præscripta Legum Langebaricarum eo usque à prominentibus iuribus prærogatiisque suis descendentia, neutquam se commendare potuerint. Nam filios speces, ex summae maiestatis sua apice ad cimitatem Romano-Germanicam accedebant, & longissimo discrimine à Langobardorum officialibus atque Capitanis diuersi erant. Si uero ad nobiles nostros &, vt quidem Dn. BALTHASAR contendit, indigenas speces, prædia illi sua, à remotissimis inde saeculis, in peculio habuerant iamque principibus suis sponte in feudum offerebant. Quæ cum apud Langobardos omnia fecerunt, quis, quæso, sibi imperare poterit, vt credat, pacifcentes principes nostros æque ac primores prouinciarum, noua definita sua ad amissim tam vehemente incongruam, & nulla quidem necessitate incombente, exigere voluisse? Sane, qui hanc diuersitatem vna eademque regula conciliari posse, existimaret, illi nec difficile erit existimatu, cereuiam vlnis aut pedibus mensurandam esse.

Alterum, quod contraria sententiae substermitur fundamentum, repetitum est ex decreto aliquo fori Aulici Sedinensis, quod die XX. Nouembris MDCIX, in causa successionis feudalium inter DEWITZIOS, emanauit, & speciatim verbis illius: *Dass, sobald Pommern an das Reich gekommen, auch zugleich die gemeine Lehn-Rechte daselbst in Ubung gekommen.* Tum & prouocatur ad testimonium MICRÆLII nostri in *Chron. Pom.* LVI. n. 54. pr. Sed quod pertinet ad (i), citra offendam monere habeo, non esse verba illa decreti, eo tenore transcripta, quo leguntur. Saltem in meo, quod sive ANTONII PETERSDORFFII cum autentico collatum est, ita fluunt: *In Lehn-Sachen ist dem Sächsischen Recht vielweniger gefolget worden; sondern eben dan sich die Herzoge zu Pommern unter das römische Reich begeben, sind keine Lebne in Pommern, vielmehr alle Güter allodialia gewesen.* Nach berührter Zeit aber die gemeine Kayser-Rechte in Ubung gebracht: qui verborum nexus immane quantum discrepat à Balthazariano & plane non innuit, quod eodem, quo Pomerania ad imperium accessit, tempore, communia iura feudalia ibidem invaluerint; sed nude atque simpliciter eo tendit, vt ostendatur, numquam pristinis temporibus (uti altera pars litigantium venditauerat) aliquem, in Pomerania, vsum iuriis Saxonici, circa rem feudalem & simultaneam inuestituram, obtinuisse;

LXVI

fe; sed post Pomeraniæ cum Imperio coniunctionem, communia Cæsa-
reaque Jura recepta esse. Num vero citius hoc factum sit, an tardius,
id in medio relinquitur, tanquam quod in foro historico, non iudicia-
rio disceptandum erat. Vnde, si vel maxime etiam verba haberent,
vti, à Celeb. Da. Dissidente adducta sunt, non tamen, quod arbit-
ratur, hoc omni exceptione maius testimoniorum foret: quia veritates
Historicæ non pendent à tribunalibus, sed monumentorum præsidii.
Neque (2) MICRÆLII apposita auctoritas hic quicquam promouet,
vt vt integræ fidei sit. Si quidem, vel primo intuitu cognoscere licet, ci-
tatum in rem præsentem locum illius, e decreto dicasteriali, de quo,
modo, fermo fuit, verbo tenus descriptum esse. Igitur non nouum
hoc argumentum est, sed cum priori proorsus idem, vt eadem respon-
sione hic repetenda, pro expedito haberi possit.

Jta mihi videor satisficisse dubiis consultissimi Viri, & liberasse
me ea culpa, quod sententia mea de feudis Pomeraniæ primævis, non
ad leges Langobardicas, sed voluntaria paciscentium placita ordinatis,
& *omni vero similitudine & probatissimorum documentorum testimonio*
quin ipsi experientia subsequentium temporum aduersetur.

De *verasimilitudine* non prolixus ero. Spero hanc communi-
cationem pro ea militaturam. Et penes Lectorem Ipsum ac Dn: Ad-
uersarium Amicum, iudicium esto, nullo hypotheseos studio. Quod
ad *probatissimorum documentorum testimonium* pertinet, non in plurali
ea commemoranda erant, siquidem non plura sed unicum è decreto
Sedinensis dicasterii allatum & ex MICRÆLIO hanc ita multo post
scribente, repetitum erat, quod abunde excussum puto. Nam quod
Vir Celeberrimus l. c. p. 325 sq. ex aliquo Priuilegio Sundensi anni
MCCXC de voce *Uasallagii* attulit, parum illud, quin nihil ad causam
eius facit, cui cum B. & longe meritissimo Dn. GERDESIO non am-
plius est quæstio, an Jus Langobardicum sœculo XIII fere finiente,
aliquo, interris nostris, vnu esse cœperit; sed an ipsis incunabulis rei
feudalis nostræ, ultra centum annos ab eo priuilegio, uti contendit, re-
tro agendis, iam tum illud adhibitum fuerit? Ne dicam, quod letie
mili argumentum esse videatur, ab uno alteroue vocabulo Juris Lan-
gobardici, in ueterioribus tabulis nostris forte obvio, statim concludere
velle.

LXVII

velle, ad usum ipsius receptum. Jamque hallucinari eam argumentandi rationem, monui in His. feud. P. & R. p. 148.

Quod denique *experiens subsequentium temporum sententia mea* aduersetur, id tum demum culpandum foret, si negasset, Jus Langobardicum unquam in subsidium rei feudalitatis acceptum esse. At ego tantum à primordiis eius illud alienum volo & successu temporis interueniens largior, per usum fori, ut Iple Dn. D. BALTHASAR b. c. p. 324. interpres est, Vnde p. 327. not: (†) frustra, sententiam meam exinde premi existimat, quod experientia conflet, *nunquam post hæc tempora, iura communia feudalia solenniter recepta esse, quod tamen Scriptorum Pomeranorum industriam non effugisset.* Quid enim hæc omnia ad me? qui non afferui, solenniter unquam recepta esse. Neque magis id opus erat successu temporis accedentibus, quam, ex hypothesi Balthasariana, ad ipsa feudorum nostrorum initia referendis. Ceterum ignorare me fateor, quid commouerit Virum celeberrimum, ut præcōcem Juri Langobardici & ad saeculum XII, apud Pomeranos nostros, retrahendum usum, tantopere aduersus me virgeret: Quandoquidem Ipfsemēt l. c. p. 322. not. (†) pr. & p. 224. pr. diferte præcipit, Germanos inde à temporibus CAROLI M. propriis usos esse iuribus consuetudinibusque in causis feudalibus: *Jus vero Langobardicum NB saeculo XIII una cum Jure Ciiali Romano, per usum fori, in Germaniam transisse.* Quin, si conferre liber præloquium ad Actum disp. Dn. RVDLOFF p. Rituallis 340 sqq. in omnia diuersa, ab hac sua sententia abeuntem videmus. Fatetur enim, cum Jll. Dn. WESTPHALIO, *mores Germanorum* (Pomeranorumque) ante J. Langobardicum originarios: in-dolemque illius receptionis non esse exclusuam aut correctoriā que deroget legibus primariis atque veteris, sed esse suppletoriā legum Germanicarum atque subsidiariā, que Juri feudali patrō tribuat prærogatiā atque Jura natalitia prioritatē. Fatetur totidem suis verbis, *patrias consuetudines Langobardicarum receptione esse ue-ti-piores & barum receptionem saltē factam esse in subsidium, non abrogatis legibus domesticis:* denique p. 342 sqq. operosus est, vt ostendat, quam aliena sit natura feudorum nostrorum à sanctionibus Langobardorum. Quæ omnia, si coniunctim sumantur, ne mi-

LXVIII

Nimam quidem probabilitatem relinquunt, aut principibus nostris aut nobilibus, vbi de re feudal iinstiuenta, confilia inibant pacificebanturque, Langobardorum placere potuisse statuta. Sed si dicas, tota initia feudorum nostrorum paclis liberis ad ius naturale, consuetudines patrias, reipublicæ Pomeranicæ, qua tunc erat, statum & indolem possessionis bonorum auitæ, temperata tandemqne, his atque illis emergentibus casibus, Langobardica placita accita esse, nihil difficultatis remanet, sed cuncta in expedito esse videntur.

Ad eiusdem ſi. not. (†)

Rarissimas iudiciales tabulas, quarum hic mentio facta est, angustia tunc paginarum non patiebatur. Verum, vt rariores xſimo, ob proceſſus quem reuelant, formam, & uſum quem demonſtrant, Juris Justinianei in foris nostris, iam tun frequentem; ita, hic inferere illas, eo gratius rei forensis noſtræ antiquæ amantibus officium erit, quo rariora Comitatus Gützcouiensis monumenta habentur. Etenim item, inter Abbatem monasteriu[m] Uſdomense, quod poſtmodum, à noua fede, Pudglauiense audit, & Comites Gützcouiæ JACZONEM ac CONRADVM fratres, recitat, eodemque tenore, quo è codice diplomatico Cenobiæ illius pergameno de-promptum est, ita habet:

Hermannus dei gracia Camynensis ecclesiæ episcopus. Omnis presens instrumentum auditur. Salutem. Anno gracie MCCo. LVIo. XIIIIlo. Kalendas Januarii. Conſtitutis coram nobis Venerabili patre Wyardo Abbatे de Vznum pro ſe & monaſterio. Iohanne & Conrado fratribus de Guzcowe filiis bone memorie Jaczonis quondam dicti de Saltwede. di de affensi partium conſtituta. pro cauſa que inter eosdem Wyardum abbatem. Jaczonem & Conradum fratres pro decima in lipa iſula ventilatar. Dicti Jaczo & Conradus fratres habitu confilio petebant in iudicio coram nobis ut ipſos reſtitueremus poſſeſſionē decime de lipa quam de gracia noſtra te-nebant. ut dicebant. et per nos fuerant ſpoliati. Ad quod ex parte noſtra eſt reſponſum. Quod cum idem abbas prius matrem ipſorum & ipſos conueniat coram nobis & petierit ſe nomine monaſterii ſui reſtitui utpote eadem decima ſpoliatus. Et ipſi e contrario reſpondiſſent. Se dictam decimam à duobus episcopis decessoribus noſtris in feudum pacifice poſſedifſe. arbitros communiter elegerunt qui eos ad concordiam reuocarent qui cum eos non poterant concordare. fructus ciuſdem decime per ſentenciam interlocutoriam poſſue-

LXIX

posuimus in sequestro. neutram partem dicta decima spoliante, sed eam
 usque ad exitum indicialis examinis referuantes. Surgens autem aduocatus
 Domini Abbatis profiliit in bec uerba. Sicut olim coram vobis domine pater
 reuerende proposuit abbas sic aduersus nomine monasterii sui conqueritur &
 proponit. quod cum monasterium suum decimam in lipa canonice fuerat
 spoliatum & eam XL annis & amplius pacifice possessam bone memorie Con-
 radus quondam Campan. episcopus dei timore postposito ipsius dicta decima
 non conuentum non convicuum contra iusticiam spoliavit & eam in dictum
 Jaczonem fratrem suum & heredes ipsius in feudum transfluit in anime sue
 dispectum & ipsius monasterii preiudicium & grauamen. Quare cum spo-
 liatis & eiectis sit per restituacione beneficium succurrendum ut docetur IIa.
 q. IIa. q. IIIa. q. la per totum. Petit abbas ut olim perebat. nomine mo-
 nasterii sui se restitui possessori decime a qua eiectus erat violenter. contra
 heredes dicti Jaczoni qui eum decimabant & hoc per const. Innoc. III Exa.
 de refl. spo. sepe contingit. Et ss de delicto pa in gna. ber. q. l. post. sit con-
 test. & Exa. de rap. In literis petit eciam fractus sibi restituti quos ipsi &
 parentes eorum percepserant a XVIII annis & amplius minu iuste. et qui
 percipi potuerunt. Et hoc per l. ff. de pe. bc. Illud quoque. & ff. de rei uen.
 Cerium est. preterea ut dictum est fructum sequestratione durante. homi-
 nes dictorum berendum de mandato suo & matris ipsorum. villam monasterii
 Slatcow vi armata intrantes in predi animalium & rebus aliis ipsi mo-
 nasterio dampna grauia ad estimacionem trecentarum marcarum examinati
 argenti dei timore postposito intulerunt. Quare petit sibi ablata restituti &
 eorum interesse. Et hoc per l. C. Vn. VI. Si quis in tantam & IIa. q. IIa.
 redintegrandu & ff. de pe. ber. Illud prellata petit & testes ipsius super
 his omnibus in continent recipi & admitti. vt pote lite coram vobis prius in
 eodem iudicio contestata Pars aduersa videns. quod abbas sicut olim ita &
 nunc querimonians deponeret & coram nobis. a nobis contumaciter illicen-
 tiata recessit propter quod cum ipsius contumacia eam faceret pro presenti
 haberet. petebat pars abbatis eius probations admitti. Nos autem non de ri-
 gore iuriis sed de benignitate mansuetudinis ipsorum tunc contumaciam dissi-
 mulantes. de prudentium consilio. diem ipsius continuuinuus usque ad horam
 diei tertiam subsequentis. Sequenti vero die nobis iudicio presidentibus &
 coram nobis partibus constitutis petebat pars abbatis ut in die petierat prece-
 dente. Pars autem aduersa nobis humiliter supplicauit. vt quoniam ad respon-
 dendum abbati ibidem ea uice non uenerat sed ad tractatum nobiscum ba-
 bendum super decimis memoratis nec eciam legitime citata fuisset ei digna-
 remur diem aliam assignare. Ad quod ex aduerso responsum. Quod cum
 ad petitionem dictorum fratrum Iudiceis & parti adverso diem ipsum pro
 peremptorio statuisse & eas ore ad os vocasset ad causam finaliter termi-
 nadam. super petitione sua minime debeant audiri. sed testes abbatis su-
 per spoliatione sua essent recipiendi. Cum hinc inde aliquantum concertatum
 fuisset

LXX

fuisse. Nos habito consilio pericorum quoniam ad nostram memoriam reuocauimus, quod ad respondentum abbati sepe dictos fratres J. & C. & testes audiendos quos abbas pro se induceret legitime non vocaueramus petitionem ipsorum ducimus admissandam. Ita tamen quod secunda feria proxima ante dominicam letare quam eis pro peremptorio assigneuiimus coram nobis in Camyn in ecclesia sancti Johanni baptiste sepe dicto abbati compareant per se vel per procuratores idoneos ad causam defendendam sufficienter instructos finaliter responserunt.

*Sententia in foro Episcopali adhinc
pronunciata.*

In nomine patris & filii & spiritus Sancti Amen. Auditis & intellectis meritis cause, que inter Wyardum Abbatem de Uznam nomine ecclesie sue ex una & inter Johannem & Conradi heredes domini Jacobonis quondam dicti de Saltwede ex altera, super decimis in lipo vertebarunt. Auditis etiam testibus & eorum depositionibus quos idem abbas super spoliacione & electione pro se & ecclesia sua inducere. Nos qui ex iniuncto nobis officio, tenemus reddere unicuique quod est suum, de prudentiori consilio, diffiniendo pronunciamus. Dictum abbatem nomine ecclesie sue ante omnem litis ingressum esse restitendum possessioni decime qua sine iudicio erat spoliatus. Restituientes eisdem possessioni auctoritate nobis a domino tradita & concessa. Acta sunt hec in Camyn Anno gracie Mo. CC. LVI. pontificatus nostri anno tertio.

Non dum tamen ea sententia Gutzcouiani comites à suo iure dimoueri se patiebantur. Trahebatur illa controuersia in longius & anno demum 1297, compromittentibus vtrinque partibus, ab HENRICO abate Hildensi & HENRICO BEHRIÓ milite, eo definiebatur, ut quicquid juris Comites in insula Lipa haberent, ad monasterium Vfdomense, postliminio rediret: cui sententia ipsi Gutzcouienenses dynastæ JACZO & JOHANNES, anno sequenti, patentibus suis literis, Ducus BOGISLAI IV. & HENRICI Albaris sigillo confirmatis, Gryphiswaldiae subscribebant.

AD CAP. IIIdum.

AD
CAP. II^{dum.}

§. I. p. II.

Ad Verba: *quibus assertum est, rusticos etiam Suerinensia iura habuisse.* Reperi in litteris quibusdam anni 1356, contractus emta venditæque curia *Crowlin* in comitatu Gutzouensi, inter alia memorata digna, hanc quoque cautelam haberi, vt nec quicquam ab eo, posteris temporibus recedatur, cuicunque etiam iuri manciparetur ea curia cum colonis & mansis suis, *Lubecensi, Suerinensi* an *Castrensi:* quod prodit, aut fallor, quam variis, rura nostra, olim, legibus patuerint. Neque intactum relinquere possum, quod ex eisdem litteris didici, commune, tunc temporis, ius quoddam provinciae Gutzouensis obtinuisse, nomine *Des Gutzkaufchen Bur Rechts*, quod, quorsum spectet, numve de iure quodam rusticano intelligendum, an alio sensu antiqui idiomatis sumendum sit, peritiores rerum priscarum interpres dilucident decendantque.

Ad eandem §. not. () p. II*

Es begunte aber das schwerinsche und wendische Recht, umb seiner Unbilligkeit willen, sehr abzunehmen. Ita KANZOVIUS atque KLEMPENIUS accusant, fidemque facturi dicunt, sequentia iniquitatis Capita allegant: *Und damit man etwas davon wisse, so muß sich im Schwerinschen selbst niemand verantworten, sondern durch einen Fürsprecher vnd wo er ein Wordt redete ohn fürgebetene Erlaubnis so batt er den Hilff verbrochen, den er mit Gelde lösen mußte vnd der Unbilligkeit viele.* In wendischen Landrecht ist, *wan einer erschlagen und viele fromme Leute in derselbigen Staube und Zeche weben, die doch nichs darzu theten und der Theter entkompt, so gibt des Todeen Freundschaft denselben dem Todten, als hetten sie ihne erschlagen, vna das heifst sie, die vreine genügt.* Quin & Juris Lubecensi indigna quedam citant: *So ist auch im Lübischen, dicentes, das ein unnatürlich Recht, daß sie sagen, würde einer zur Notwehr gedrungen, vnd wiebe für bis gen Rom, das er dentenen der ihn nötig nicht schlüge vnd sich dennoch veile würde und erschläge ihn, so soll ihm die*

K

Notb-

LXXII

Nothdurft nicht helfen, sondern er soll wieder sterben und solche Ungeüblichkeit in andern Fällen mehr. Notatuque maxime dignum est, quod scriptores illi saeculo XVI Ita viventes de iuribus illis indiscriminatim, tanquam de nondum scriptis statuant, indeque, quicquid illud est iniqui, deruent. Welche Ungeüblichkeit, pergunt, sieb daraus so viel mehr mehret, das die gemelte Recht nicht beschreiben seint, sondern aus alten Gebrüchen gehalten werden und ein ieder darnach richtet, wie es ihm dünket. Denique ordines & præcipue ciuitates aliquando de medela, huic malo afferenda, cogitatueros esse, confidunt. Darumb achte ich, ita vterque, die Landschaft und sonderlich die Städte werden einmahl solche unordentlichkeit und Unfuge derselben Rechte merken, und mit den Fürsten andere masse darin treffen, die billicher und leidlicher seint.

Ad eandem not. (*) p. 12.

Dixi Vocabulum *Renn* nativa vi sua indigitare separationem, qua diuersa ab inuicem dignolci possint; cuī quidem asserto diluendo infernire videtur, quod in Ordinatione militari Imperatoris SIGISMUNDI ad bellum Husiticum ap. DATTIUM de pace publica L. III. inter alia constitutum legitur, singulis imperii agminibus s. legionibus, suum vexillum nomine *Renn-Fabne* s. *Renn-Paner*, futurum. Scilicet hoc eo comparatum existimo, vt illo signo internoscerentur distinguerenturque. conf. A. F. GLAFÉY Hist. Germ. Polem. L. II. C. 10. thes. 9.

Ad eundem §. not. (*) p. 13.

Verba: Sed ea altiore res indaginem meretur, quam pro presenti negotio. Et expediui utcunque in der Einleitung zur Pomm. und Rüg. Jus. Hist. p. 16. quoecunq; conf. qua in ipsa hac dissertatione p. 9. not. (†) commentatus sum. Hoc sane certum est, Senatum Sundensem de longeuitate usus J. Suerensis in suis villis hic indefinite locutum esse & certum temporis intervallum, pro incerto allegasse, quod in libellis forensibus, non infrequens esse solet. Siquidem proucul est omni dubio, quod longe ante saeculi XVI tempora Jus Suerense, in villis rusticis Sundensis, usitatum fuerit.

Ad

LXXXIII

Ad ejusdem §. notam eand. p. 13.

Exemplis à Stralsundia, Gryphiswaldia atque Demmino hic petitis, adiungere nunc licet aliud, quod ad Academiam nostram Gryficam pertinet. Etenim in *Annalibus Ordinis Philosophorum* T. I. fol. 63. reperi ad annum MCDXC. inter notata Dn. M. *Matthaei Wolterstorpi* t. t. Decani, habuisse iam tum Collegium Philosophorum suos rusticos, eorumdemque nonnullos ad instantiam Dn. Magistri & Professoris *Ewaldi Klenen* primum quidem Demminum, tum vero & Suerinum citatos enocatosque esse. Quod certe non leuem opinandi occasionem praebet, Academias nostras ruricolas, ad ius Suerinense, agitasse lites suas. Quod vero proxima via, versus Demminum hæc caula delata legatur, id eo factum arbitror, quod rusticci illi, quibus cum Dn. *Ewaldo* controuersia fuit, forte trans Panum flumen incolentes, ad tribunal Archi-Diaconatus Demminensis, ordinaria Jurisdictione, pertinuerunt.

Ad §. IIdam p. 13.

Hæc igitur in tuto esse arbitror. Forte non arbitrabitur, qui priuilegia Stralsundensia paulo familiarius cognita habet. Est enim inter ea aliquod WITZLAI IV. principis Rugianorum, quo ciuitati MCCCXXI. proprietas prædiorum *Theuin*, *Theſchenbagen*, *Wentorp*, *Lüdersbagen*, *Vogelsanck*, *Lützow*, *Langendorp* & *Kedingehagen* imperit, cum notabili illo adiecto, *quod quicquid consules dictæ ciuitatis noſtre in iisdem villis JURE LUBECENSI iudicauerint, hoc idem noſter aduocatus de Sundis iudicabit plenarie cum iisdem.* Quæ certe verba quam apertissime prodere videntur, in ipsis villis saltem, non ex Suerinensi, sed ex Lubecensi iure, iudicium excercendum fuisse. Neque tamen propterea causa nostra succumbit. Quandoquidem, testan- tibus commentariis præmissis, & principis ipsius & ciuitatis confessio- ne, in foro contradictionis edita, liquet, quod in villis Sundensis, iuris Suerinensis vñus obtinuerit. Igitur ad elendum hoc dubium, dicendum erit, aut exceptionem a communi regula, in illis villis locum habuisse, aut Magistratum Sundensem, sponte sua, huius priuilegiū vñi se abdicasse & ne quid nouationis periculosa reformidarent incolæ, mutato antiquo Jure, cuncta in eo genere, quo fuerant, loco reliquisse.

K 2

Ad

LXXIV

Ad eandem §. not. (†) p. 14.

Sub dio celebrata fuisse Veterum iudicia, admirantibus arboribus, notum est monumentorum fide, probatumque id dedi, in *der Pomm. und Rüg. Jusfiz-Hist. p.* Hic exemplum rei exhibent littera Senatus Demminensis, ad Ducem Bogislaum X. datæ, in sententia ante portam ciuitatis illius, cui à Calendis nomen est, lata. Sed, quam dudum, eodem loco, Demminensium iura administrata sint, vita Ottonis Bergensis, testis sit L. III. c. 4. memorans, ipso die adventus Episcopi in Pomeraniam posterioris, Demminenses, ante portam ciuitatis sue, conuentus forenses egisse. Igitur, iam anno MCXXVIII. quem aduentus ille memorabilem fecit, hunc morem, apud paganos adhuc nostrates obtinuisse, in manifesto est.

Ad eandem §. p. 15. not. ()*

Verba: *Tho der andern Klage aver veerteygen Nacht.* Mos ille definiendi terminos iudiciales noctibus, et antiquissimis & tantum non omnibus gentibus Europæis in communi fuit. Quem (multo argumento videtur) ex prima cunctarum patria traductum esse. Eo iam interpretatus sum, nec sine monumentorum fide, in *der Einleitung zur Pomm. und Rüg. Jusfiz-Hist. p. 27.*

Ad §. IIIiam.

Vocabulum *Stapule* nil nisi iudicium denotare, testatur etiam jus Vandalio-Rugianum, Tit. m. 158. Verbis: *Vor Fürst. Gn. Land-Gericht und Stapel.* atque perinde pluribus in locis. At quod de *Stallo Sundensis* ad huius si not: (†) assertum est, non alio id significatu, quam iudicij Stralsundensis f. aduocatæ vrbicæ, dictum esse, nouo arguimento corroborare didici, quod Lubecensem hodierno etiam vñi debetur. Etenim nuper demum ab amico quodam Lubecensis Reipublicæ probe gnaro edoctus sum, peculiare iudicium & duobus ex ordine Senatorum alesforibus illustre, ad diiudicandas decidendasque ruralium Lubecensem causas, eodem *Stalli* nomine, hodienum ibi demoueri, tantæque estimationis esse, vt, qui præsunt aut administrante, in eodem, iustitiae operam navant, in honorem muneris, Optimates stalli (*Stall-Herren*) vocitentur. Igitur, quod de *Stallo Strat-*
sun-

sundensi, in eandem mentem commentatus sum, vtique sibi constare: & stallum illud sine stabulo fuisse, confidentius dixerim.

Ad eundem §. not. (†) p. 17.

Verba: *Stabulum - - quanuis fixam sedem stationemque significare.* Tam ampla notatione, vt & filio curiae romanae, subfelliia templorum, Canonicis aut personis aliis à ministerio facrorum, viri-
tim destinata, *stallorum* nomen haberent. Ita, vt ab aliis permultis documentis discedam, in aliquo notarii publici instrumento, an.
MCCCCXCVI, super folenni introductione JOH. BELZMANN M.
& Prof. Philologis Gryphiswald. recens constituti, ad Canonicatum ecclesie cathedralis Nicolaitanae, sequentia leguntur: *Venerabile capitulo eiusdem ecclesie retroscriptum Dn. & M. JOH. BELTZE-
MANN ad Canonicatum eiusd. ecclesie admisit & eundem in Canoni-
cum per impositionem bireti & osculum pacis recepit & accepit re-
cepito tamen ab eodem - - iuramento iuxta ritum eidem ecclesie prefarsi
solito presentibus dominis GEORGIO LÖTZEN & HINRICO BU-
KOU, qua quidem admissione & receptione facta, mox & in continen-
ti, venerabilis vir Dn. ERASMUS VOLREDT dicte ecclesie Vice-
Decanus de mandato capituli prefati eundem Magistrum JOHANNEM
in & ad possessionem corporalem realem & attulam prebende retro-
scripte induxit & instituit ac STALLUM in choro eidem assignauit.
Jamque & rationem introspicere mihi videor, quare à stallis siue sub-
felliis iudicia inferiora dicta sint. Etenim in eorundem publicis locis,
iam tum apud Romanos, auctore ASCONIO PEDIANO, iudices &
qui solennibus iudicis operabantur, vni post alteros confidebant, vt
Tribuni, Triumui, Quæstores atque alii iudicia minora exercentes,
qui non in curulibus sellis nec tribunalibus editis, sed in subfelliis or-
dinatim dispositis, confidendi potestatem habebant. Hinc subfelliia
pro ipsis iudiciis inferioribus veniebant: quod prodit Ciceronis illa lo-
quendi ratio de re, à subfelliis, in rostra deferenda, quæ non alio
pertinere videtur, quam quod causa, in iudicio aliquo inferiori, di-
sceptata, ad superioris forum deuoluenda fit. Nostra autem vernacula
qua, quod Romanis subfelliū erat, commode vocabulo *stall* aut, si
maius, *stell* dici poterat, quo hodiernum significamus locum fixum,*

K 3

quem

LXXVI

quem quis sedendo, stando aut cubando occupat, quo usu v.g. dicere con-
fueuimus: *ieb werde meine Stelle schon bekommen*: aut, si minus con-
uenit de re aliqua, vel loco: *Se können sich nich so samen stellen*.

Ad §. IV. p. 17. & 18.

*Ad constitendum aduocatum Sundensem, consulum ciuitatis
ad stipulatione opus esset.* Naturali aequitate dictitante. Ne obtru-
sus videretur index, qui forte malevolus esse poterat. Hinc non ma-
iores tantum, sed & minores ciuitates nostra, Bardum, Lütitium, Tri-
busca atque alia, eiusmodi priuilegiis maestata erant. Quandoquidem
autem Stalli Sundensis praesidem, ex genio illius faculi, *Aduocatus*
nuncupauit, forte non displicebit aliqua de themidis præfulibus istis,
commentatiuncula mea, vt è membranis, potissimum domesticis com-
paratam habeo. Ita supplebuntur p. 20. not. (†) in eum finem iam
allata: nee frustra hanc operam futuram duco, qua propius innotescere
potest, quanta principum nostrorum rei forensis expedienda sedu-
litas, queue ratio fuerit. Primum igitur sciendum hic est, aduo-
catum, antiquiori & pura latinitate, notata quenquamque illum, qui
alteri in causa aliqua, consilio atque auxilio adfuit. Ita teste CICE-
RONE pro Syl: *Consul de pecuniis repetundis Casiline fuit aduocatus.*
Sensu mere forensi, à *Patrone & Cognitore*, eo discrimine, internos-
cebatur, vt ASCONIO definiens, Patronus diceretur, qui alterum,
in iudicio, perorando defendebat: aduocatus, qui ius fuggerebat &
Cognitor, qui presentis causam nouerat atque vt suam tuebatur. Sed
usus media etatis idem diplomaticus ab illo discessit. Nam quo-
cunque dispergeris, in vetustis tabulis, quoad de rebus forensibus lo-
quuntur, nominationem aduocati, vbiuis in eum sensum adhibitatam
experieris, vt non, veluti hodiernis moribus nostris, caufidicum tan-
tum aut Romanorum patronum denotet. Quin pregnantiorem, quam
qua cognitoris Romani erat, ideam involuit, atque, breuiter dicam,
ipsum Judicem s. iustitiae administrandæ praesidem, sub auspicio prin-
cipum terræ, munere fungentem designat. Etenim, quod probe
sciendum est, omnis, olim, penes imperantes nostros, iuris dicundi
potestas erat, perque aduocatos eiusmodi, iussu eorum, exercebatur.
Auctoritas atque amplitudo muneris varia. Augustiori vtebantur,
quo-

quorum ad integras terras dirigebatur potestas. Aduocatorum provincialium hi, nomine insignes erant. Vernacula *Land-Voigte*, indiciumque eorum *Land-Thing* (*), munus pariter ac territoria Jurisdictioni eorum adscripta, aduocatia prouinciales, *Land-Voigtreyen*, dicebantur. Harum in numero, per patriam nostram habebantur, aduocatia *Rugiana*, quæ hodiernum floret: in cismarino principatu, *Bardenſis*, fide diplomatica: *Hortſenſis*, quæ ex patrimonio GRISTOUIORUM conflabatur (**). *Aduocatia vltra-Oderana*, cuius nomine HENRICUS WOSSOU in aliquo SUANTIBORI & BOGISLAI dueum Sedinenium diplomate de MCCCLXXXIII, aduocatus illorum vltra Oderam salutatur: *Ukerana*, quæ, dum marchia ad Ukeram pomeranis parebat, limitibus eius circumscribebatur: *Gryphenbergenſis* cuius ditioni terræ etiam Treptouiana, Caminenſis & Wollinenſis addictæ erant (***) : *Slauenſis* cum qua & prouincia *Belgarda* & *Neo-Sedenum* coniunctæ erant (****): *Stolpenſis* in vteriori Pomerania, quæ cum aduocatia præfectura Stolpenis ad Penam flumen, non est confundenda (****+) & *episcopalis Caminenſis* quæ iuri dicundo per terras episcopatus

[*] Etenim veteri Gothicæ atque Saxonice dialecto *Thing* atque *Ding* iudicium, indeque *Things* s. *Dingstag* iudicis destinata dies eademque cognatione, *thingen* litigare in foro, *githingen* iudicare s. causam dirimere, *thinger* aduocatus et eiusmodi alia deriuatiua dicebantur, teste SCHILT. l. c. voc. *Ding* atque GROTHIO in nominibus appellatiuis & uerbis gothicis, *Vandalicis* & *Langobardicis Historie* ipsius Gorbitce, *Vandalica* & *Langobardica*, addictis.

[**] de illustri familia GRISTOVI ORVM eiusdemque fatis vid. Hist. feud. Pom. & Rüg; monstrante indice rerem, voc. *Griston*.

[**+] Teste RANGONE in *Indice familiarium nobilium*, quæ deferunt,

vbi Syfridus Luðe aduocatus terrarum Gryphenberg, Treptou, Camin. & Wollin dicitur.

[***] Testimoniis esse potest, quod NICOLAVS PVTKAMER 1566 aduocatus prouincialis Slauenſis, Belgardenſis ac Neo-sedinenſis fuit. Interdum & Rugenwaldensem terram habuit, cuius utriusque comes s. iudex prouincialis 1243 UEITVS quidam apud KANTZOUIVM occurrit. Aliquando tamen ipse Slauenſis cum Stolpenis vnam fecit. Sicuti GÖNTHERVS de ERICK 1357 & 74 & JAC. KLEIST 1580 vtrōbique hoc munere functi sunt.

[****+] Hęc enim, post emendata demum Sacra nostra, e prædiis Canobiū Stolpenis coaluit adeoque re-

LXXVIII

patus Pomeranici inferuebat (*). Ita rei Judicariæ nostræ octo tribunalibus prospectum erat (**). Quibus ab initio seculi XIVti, ad coercendam graffantium latrociniorum prauitatem, in Pomerania citeriori, duo alia addebanter: alterum in prouincia à Deminino, Pennam inter Suinamque, porrecta, & comitatu Gützcouia sub praesidio comitis illius; alterum in terris castri Demminensis, Treptouia ad Tollensem, Groswinensi & Ukermundana(***). Sed ubi hæc extraordinaria & ad tempus constituta erant, ita commenmorasse sufficiat. Priorum vero illorum accuarior habenda est ratio. Antequam collegia dicasterialia Patriæ nostræ contigerunt, nobilium controversiæ illuc pertinuerunt, quorum ab antiquo ea prærogativa erat, vt primum litis periculum in foro prouinciali facere possent. Neque enim omnes poterant. Et tribunalia dixi, quoniam insuper prouocationibus eorum patebant, qui iure vterius experiri cupiebant. Prorsus ut mihi videatur, Aduocatias illas prouinciales eodem loco, olim apud nos fuisse, quo in Germania reliqua Landgraviatus erant, dum pro munere hi habebantur non hereditario, sed ex luctu principis conferendo. Suberant autem illis iudicia inferiora aduocatariarum specialium, per ditiones minores totius prouinciae, quæ, si amplitudinem spectes, hodiernis praefecturis nostris respondebant. Quin castræ iudicia (*die Burggerichte*) eò referebantur (****). Quorum praefe-

recentioris ætatis est. Inter aduocatos Stolpenses prouinciales repertus mihi est ALBERTVS de CALUE in diplomate Bucouensi de an. 1397.

[*] Huic officio SVANTVS de BONIN circa an. 1321 præterat, nisi forte iam VMMA hoc referendus est, qui ap. RANG. Pom. dipl. p. 162, in aliquo diplomate anni 1208, inter testes, nomine Castellani reperitur. Etenim postquam Episcopi maioribus subinde terræ ditabantur, maturæ ipsis de eiusmodi praesidiis iustitiae cogitandum fuit.

[**] Potentissima Regina Suecia CHRISTINA his nonam Wolgasta.

nam addendam destinauerat, yti videre est in der Königl. Schwedischen Lands-Verfassung in Pommern quæ 1651, iussu Maientatis Ipsius designata erat, Cap. IX. von den Collegiis iustitiae als Hof-Land- und Stadt-Gerichten. §. Hier nächst will auch von nöthigen seyn. Sed hoc intra consilia tubsttitutum instututum.

[***] de vtroque vid. Hist. feud. Pom. Rugiæque p. 279 sq. &c. 312.

(****) Unde Praefectoriarum iudicia illa particularia, in der Königl. Schwed. Lands-Verfassung in Pommern Cap. IX. non aliter quam iudicia castræ, (*die Burggerichte*) vocitantur.

fedi, apud Rugianos, aduocati gardenes (*Gard-Voigte*), apud Pomeranos, Castellani audiebant. Rugia insularis vndeclim eiusmodi aduocatis describatur, *Bergensi*, *Garzensi*, *Gigstana*, *Hiddenseeni*, *Jasmundana* s. *Sagardeni*, *palae-Traiectana* (*die alten-Fährische*), *Pazigeni*, *Rambineni*, *Schaprodensi* (quæ aliquando Hiddenseenem coniunctam habuit) *Streyensi*, *Wittouiana* (**). In cis-marino principatu *Salenis*, *Hertisburgensis* (†) *Pronenisi*, quæ postea Stralsundium translata est (§†) *Grimmenisi*, *Tribuseana* (6†) *Löizenisi* (7†) fuere. Pomerania plures eiusmodi habuit, quam pro commemoratione mea. Inter nominatissimas sunt *Demminensis* (8†) *Gützowiana* (†) *Wolgastana* (†)

L

Vz-

(**) Quod didici ex apographo fide digno matricula episcopatus Roschildenensis, quoad illa Rugiam nostram contingit, monumento rarissimo & multo, in re Historica nostra, doctrinæ.

[††] *Hertisburgum* [die *Hertes-Borg*], monumentum ad fluuium Prerouiensem, in insula *Cingsta*, quæ, vna cum peninsula Darzeni, ad illud refereratur.

[§†] Primitis temporibus *Pütte* fuerat, cuius loci tantum olim momentum habebatur, vt integræ prouinciae, ex eo, nomen hæreret.

[6†] Castrum Tribuseani prima mentio est in Bulla pontificis *Innocentii*, qua 1140 episcopatus Caminenensis confirmatur. Wernerus, Nicolaus & Thidericus Longus, sub titulo Castelanorum de Tribus, occurrunt in diplomate Principis Rug. JAROMA, RI II, de 1248.

[7†] de qua vide *dissertationem ipsam* p. 26, not. [*] & 27 not. [*]

[8†] à castro Demminensi sic dicta, quod urbem huius nominis longa etate antecedit. *Innocentii* citata bulla omnium primum facit; quo tem-

pore forte iam habuit eundem JOHANNEM Castellanum suum, qui 1170, in diplomate ap. RANGONEM Pom. dipl. p. 150, inter testes adest, NORMARUS quidam 1208 & MIROSLAUUS 1228, eodem titulo conspicuus fuit, in chartis publicis.

[†] Per eandem Bullam Papalem, quæ depravato, apud Italos, nomine, *Chozk*, appellavit. Castrum hic loci, montanum, ad claudendum, per Panum, aditum, inde à remorissimis temporibus extitit, & comites Gutzkoniæ sedem habuere. PRIBAM Castellanum an. 1175 eidem praefuisse, diplomate ap. RANG. I. c. p. 155. eo doctus sum.

[††] de huius castri antiquitate vid. *Historiam meam finium Rugg.* p. 47. sq. Ad principatum Rugianum olim pertinuit, ib. p. 14 sq. 54. Tunc aduocatiam prouinciale fuisse, non leviter autem. Circa an. 1121 ad Pomeranos transiit, ib. p. 45, qui capitanus s. castellano suo regendum derunt. CRAMERI Gr. Pom. Kirchen-Chron. I. B XXXI. Cap. conf. Bambergg. in vita Ottonis.

LXXX

*Vznamensis s. Vslomenensis (1^o), Grosswinensis (2^o), Julinenensis
s. Wollinenensis (3^o), Camminensis (4^o), Sedinensis (5^o), atque
aliae*

[1^o] Jam vrbem fuisse Usdomiam
1124, ex Hist. vitæ OTTONIS Bam-
berg, elucet: iam castrum habuisse
1140 è citata *Innocentii* bulla, qua
Bluznoim vocatur. Nam vehemen-
ter diversum reperias nomen huius
vrbis castri, elementis & scriptio-
ne. Sed nostrum est ad forensia at-
tendere: quo pertinet, dixisse, OS-
TROBOVM, GVSTIZLAVUM,
ZAVISTVM, POWOYVM, in chartis
an 1193, 86, 71, & 88 iam obuios ha-
beri castris Vznam castellano.

[2^o] Prouincie Gros. s. Grozwi-
nensi, ultra Pcanam, prope Anclamum
circumiectæ, à castro, arce vrbæ
principis eius vocabuli, nomen hæsit.
Jam videre licet in litteris fundati
946, ab OTTO I. Imp. episcopatu-
rus Haudbergenis, inter prouincias
diocesis eius adscriptas. Hinc statu-
ere in promptu est, de grandeuritate
castræ. Maxime vtriusque memora-
bilia, quorum documentis inuidia
temporum pepercit, in vnum con-
spectum redacta, legere licet ap-
meritisum de Historia nostra
CHR. SCHOTTGEN in dem A. u.
N. Pommerlande p. 374 sqq. Sed
Castellanorum huius loci memoria
nulla ad nos pervenit: quod non
difficulter inde interpreteris, factum
esse, quia egregia illa vrbis cum castro
suo an: circiter 183, Danorum armis
extrema fara habuit. In JNO-
CENTII cit. bullæ 1140 sduic su-
perstes appearat.

[3^o] Julini natales, ultra tempora

Christianismi, fama extulit. Quam ce-
lebre emporium fuerit, diximus.
Castri vel remotor credenda est æ-
tas. Prouincie s. insulæ Wollinen-
sis exinde nomen & iura data.
VENZESLAVM castellanum Julianen-
sem (ita scribitur) diploma aliquod
Grobense anni 1168 à tenebris vindica-
vit, quem eundem alia litera de 1175
& 1182 castellanum de Wolyn vocant.
Vnde Juliansem peinde ac Wollingen-
sem esse, aperte constat. Neque i-
gnorare nos finit sié adducta *Inno-
centii* confirmatio, Julianum verus sim-
ul & Wollini nomen iam habuisse.
Nam & eodem appellata, adeoque pre-
ter rationem esse, offenditur, quod
vulgo credi solet, hanc vitimam de-
nominationem, hodierno Wollinen-
sum oppido tantum nativam esse.

[4^o] Ipsum Camini nomen, Slau-
co idiomate suo, locum munitum
significat: quo arguento intelligi-
tur, vt originem habuit, castrum
fuisse. Prouinciam *Slurim* protexit.
Jam tum seculo ineunte XII, eo nu-
mero erat, vt WARTISLAWS I. ple-
rumque aulam ibidem haberet. Epis-
copus OTTO Bamb. 1124, gentilismi
exirpandi commodum turumque
asylum reperit. 1168 ZAUIST, 1708
VMMA castellana ibidem funda-
fuit: testimonio chartarum uete-
rum.

[5^o] Civitas atque castrum inter-
antiquissima nostra numerari meren-
tur, iam multo ante Christianum

aliae (*). Harum omnium eo comparata erat ratio, ut in crimina libus æque ac ciuilibus primas quascunque querelas, ad cancellos suos delatas, excutiendas dirimendasque affumerent, etiam nobilium præfectoris adscriptorum (*derer Ambi-Sassen*). MICR. l. c. L. VI. C. 42. Neque tamen sententiæ carum eousque peremtoriae erant, vt iuris prolequendi nulla via superesset. Patebant enim, porro experturis, tribunalia, quæ memoranimus prouincialia, ad penitus definiendum, Vt, si conferre velis Pomeraniam nostram, cum Germania medie habitu forensi, castrensis eius iudicia (*seine Gard-Voigteyen und Burg-Gerichte*) nihil aliud fuerint, quam *Burg - Grauiatus* (**): vel, si inuis ad Poloniam comparare, in aduocatis nostris prouincialibus, Palatinatum: in particularibus, Castellaniarum palatinatibus succen-

L 2

turia-

cultum, apud nos, inclyta. An 1168
Dn. WARTIZLAUVS castellanus de
Stetin in diplomate coenobii Groben-
sis, inter alios illustres sponsores o-
currit, quem ipsum principem WAR-
TISLAVM II. RATIBORI I. filium
fuisse, non leuis argumentis indu-
cor, vt credam.

[*] Quas hic, breuitatis causa, præ-
tergredior, vt per vniuersam Pome-
raniam diffundebantur. Potissimum
erant, Stargardensis, Pyritzensis, Tre-
ptouiana, Colbergensis, Belgardensis,
Jomsburgensis, permulta reliquæ,
quarum exactam, vt in antiquis, ra-
tionem redditurus sum, si Deo uisum
est, me diutius superfitem iubere
fortunasque meas eò disponere, vt
Geographia quedam antiqua & me-
dia Pomerania Rugeaque pariter ac
Historia præfectoriarum (*eine Pom-
mersch. und Rügianische Aempfer-
Historie*) à me edi possent, cuius utri-
usque materia, in scriniis meis, glo-
rie diuinæ & patriæ, sacris, collecta
habetur colligiturque. Quin, si pu-

blica sollicitudine fouerentur cursus
mes ac opera, si ad elaborandum
otius, si ad imprimendum sumptibus
proficeretur, nec Pomerani Rugi-
anique, quasi res patriæ minus ad
ipso pertinerent, loculis temporis
que parcere vellent, vbi, quæ multo
fudore, in Historia nostra, pro-
deunt, scripta, tolerabili pretio com-
paranda legendaque sunt: varia,
quæ superflunt, destinata mea in lu-
cem succedere possent, non invilia
certe, aut temporis traducendo tantum
inservitura, sed eiusmodi, que in re-
bus presentibus publicis pariter ac
priuatis, vsum haberent. Nam quod
omni historiæ scite composite tri-
buendum est, vt homines ad pru-
denter agendum instruat, idem &
de patria nostra sperare licebit.

[**] Nec temere ita statuas, sed
præceuntibus ipsis monumentis nostris.
Nempe non tantum aduocatio Güt-
kouiensis *Burgwardium* dicitur, in
aliquo diplomate Grobeni à CASI-
MIRO I. 1175, dato, sed & Casimi-

turiatarum imagines habebis (*). Non tamen ad causas feudales aduocatiarum, in iure dicundo potestas pertingebat. Habebant illæ sua sibi tribunalia, præsidio ipsorum principum & præcipiūrum aulicorum consiliis eminentiora. Ea plerunque aulam sequebantur (**); donec Sedino prærogativa illa abrogabatur, *Garzamque & Pirizium* concedebat (***) : Jam & cimates nostra municipales, quæ coloniis Saxonici, saeculo XIII^o, instruebantur, noua sibi fora poscebant. Tametsi enim illæ proprio iure suo vtebantur, potestas tamen juris dictandi ergandique Principibus terræ reseruabatur, uti olim ea maiestati

Borko aliisque milites ipso *Burg grauiorū* *Colbergenium* titulo insigniti à BARNIMO I. & BOGISLAO IV. in litteris donationis de 1276, ap. RANG. *Pom.* *dipl. p. 165. sqq.* occurunt & *UITICO* *Borgrauius*, in litteris D. SVANTI POLCI III. *Buccovensisibus* an. 1265 & *WOYEMER 1243* *Burggrauius* *Dantiscaus* ap. *KANTZOUIVM* p. 136.

[*] Neque alio referenda puto Polonorum hodierna iudicia *Grodensia* [di] *Grod Gerichte* quam quo spectabant nostra iudicia particularia [*Ier Burg Gerichte* und *Gard. Voigtey en*]. Nam quod veteri Vandalo-Gothico *Gard*, id Slavonicō idiomatic *Gerod* s. breuius *Grod* effertur. Eadem utriusque notatioe, manitus locus inquitur. Vnde etiamnum Polonis *Sady-Grodzie* iudicia castraria diuntur, restante *HARTKNOCHIO* ap. RANG *Origg. Pom.* p. 64. *confm. Einl. in die Pom. und Rüg. Infliz. Hist.* p. 30. *sqq.* Preprimis Pomerania ulterior mores Polonorum, iam eum imperantibus Ducibus suis, imitando, cum Dantisca, tum Slauenz, Stolpeque Palatinos, Tribunos, Castellanos, Dapiferos, Pincernas, Camera-

rios aliasque Polonorum consuetis honoribus ornatos ministeriales habuit. Quin, post fata MESTOUINI II atque ultimi Ducis sui, propius ad eam reip. Polonica formam accessit: uti videre est, in aliqua sententia judiciali à PRIMISLAUO Rege Poloniae Successore illius, 1295, Principis eius emortuali anno, Stolpe pronunciata, cui Dominus SWENTZO Palatinus, Dn. BVGISLAVS Jader, Dn. NICOLAVS Palatinus & Dn. MATHEVS sub-camerarius Slawenenis subscripterunt. Cæterum in istis aduocatis, iudiciorum illorum, que hodienum in præfeturis nostris habentur, prima origines adsum. Jam tum enim WARTISLAVS IX. in privilegio Gryphiswaldensis 1452 impertito & BOGISLAVS in eodem 1479 totidem verbis repetito, ipsi met eo interpretantur, his verbis: *Weret ok dat wy up unjen Schlotzen Uogede NB offis Amtslade hedden.*

[**] *Hist. feud. P. & R. p. 496 conf. p. 618.*

(***) *ibid. p. 366.* Erant enim *Vkeramanda*, *Wolgaſti*, *Grypbenbergæ*, *Røgenwaldie*, *Belgarde* constitutæ eisdem sedes. *ibid. p. 619.*

LXXXIII

iestatī ipsorum adhæserat inque Venedicis ciuitatibus maximisque emporiis suis, per castellanos administrandam curauerant. Jgitur & in nouis illis municipiis, nomine aduocatorum virbicum (*der Stad-Voigte*), iustitiae administratos suos alebant. Sumebanturque ex nobilitate, vt maior officii dignitas esset (*). Talem inuenio, in priuilegio WARTISLAI Ducis Duminensis & HERMANNI episcopi Camminensis de MCCLV, BERTOLDUM in *Grypeswald* (**): in diplomate Bardensi WARTISLAI IV. MCCC. XXV HENNINGVM SCHMACHTESHAGEN in *Bard*: in alio ERICI MCDLXVI, ZIVERT WOPERSNOV in *Belgard* alibique alios, titulo aduocatorum nominatos. Qui Sedinenium iura moderabatur, more Magdeburgico, Sculteti axiomate plerunque insigniebatur (***)
Interdum &

L 3

sub-

(*) Quin ex more antiquo. Nam primitis temporibus cuncta reipublicae munia nobiles obibant. Quid? quod municipia illa nostra, sumptibus eorum aut cura, condebantur. Vnde & antiquissimi consules senatoresque illorum, ex ordine nobilium, fuerunt. vid. m. *Histor. Bericht vom Ursprung der Stadt Greifswald*, 14. S. & Pomm. und Rag. *Lehn-Hist.* 271. S.

[**] qui, vel ipso anno diplomaticis prodente, aut condite aut saltene traditae principibus nostris Gryphiswaldie, primus iudicium praes fuit,

(***) Ita in diplomate, quo BAR-NIMVS I. 1243. ius Magdeburgicum Ciuitati erogat, Sculteri h. l. prima sit mentio, nam ante castellani ibidem rebus forensibus praefuerant. Ab illo tempore WILKENIVS quidam 1253, aduocati, sed 1293 HEINEKINUS denuo Sculteri nomine occurunt. Aliquando & nudo praefecti vocabulo ornantur, quod factum legitur ab OTTONE, in litteris donationis super aqua *Gramp* dicta de 1301, Honoris tanta de-

signatio, vt in priuilegio Sedineni Bogislai IV. de 1294, Sculteri ante Consules mentio habeatur, verbis principis: *recognoscimus quod dilectis & fidelibus nobis, Scultero, Scabinis, Consulibus ac uniuersis conciubus ciuitatis nostre Stetin dedimus - An: 1334, qua haec tenus ambulatrix & personalis fuerat, sculteria Sedinenis, WVSSOUIIS PETRO atque JOHANNI, in feudum gratia hereditarium comittebatur. Quod relatum ex ipso monumento dedi in Hist. feud. P. & R. p. 335. Aliam eiusdem mutationem annus 1378 habuit, quo SVANTIBORVS & BOGISLAVS duos iudicii trientes Senatu ciuitatis oppignorabant. Neque tamen minus feudum Wussouiorum mansit. Nam in instrumento donationis, qua idem Duces Sedino 1382 Crampam conferunt, PETR. WVSSOUIVM Sculterum suum Sedinensem appellans [*Vnde Schulte to Stettin*]. Qua post id temporis, de Sculteria hac acta sunt, vid. Hist. feud. cit. p. 632, 679, 1066, conf. Einl. in d. justitz. Hist. p. 50.*

LXXXIV

sub-aduocatorum charactere, in diplomatisbus, sicutuntur (*). Quod patet e priuilegio Bardensi, à WARTISLAO IV. an. MCCCXXV, conceclo. Inde forsan, quia aduocatis prouincialibus aut castellanis principum tanquam superioribus, suberant & ab illorum sententiis, ad hos, prouocare licebat (†): vel quia in nonnullis ciuitatibus, præfertim maioribus illis, quibus, ratione administrandæ iustitiae, certa etiam proportio prouinciarum adiecta erat, præter aduocatum ordinarium alijs interdum substituendus erat, ne ciuium causa atque lites negligerentur (††). In aduocatio Sedinensi luculentum rei exemplum est. Wulfouii illam, quasi primatu aliquo, obtinebant, habebantque sacramento sibi obstrictos subaduocatos, qui rei judicialis apud Sedinenenses curam gererent (†††). Sed successu temporis, alia post alias ciuitates eam à principibus iurisdicundi facultatem sibi conquisiuerentur.

nisi

[*] Hinc, procul dubio, iudicis nostris illud nominis habet, ut hodiernum die Nieder-Gerichte, dicantur, vti in literis prisæ lingue nostra, de Undervigde *& under-vægden*, audiunt.

[†] vid. RANG. Pom. dipl. p. 168 sq. & 173.

[††] Quam ultimam sententiam ipsum illud Bardense diploma de an. MCCCXXV. innuit, in quo, cum inter restes iam appareat aduocatus, qui eodem tempore reuera ibidem extitit, nihilominus Dux promittit, Subaduocatum huic superaddendum, quotiens id efflagitatur essent ciues. Aduocatus igitur, qui hic in numero testium adest, nihil mihi aliud fuisse videtur, quam quem hodie dicimus prefectum (*einen Haupt - oder Amtsmann*), subaduocatum idem ac Stadt-Voigt s. Stadt-Richter.

[†††] Testatur id sententia BO-

GISLAI X , 1507, in causa Senatus Sedinenensis & LÜDEKE WVSSEVII, pronuntiata, verbis: *die Underrichter in demienigen, wat dat Gerichte bedrept, schal dem Rathe also wolschweren as dem richter & in confirmatione eiusdem sententie de 1509. So schal der Wussouen Unter-Schulte, de da nu leuet un in thokamenden tiden van die Wussouen wegen siende wert, den Rade van Stettin Eyd dohn, na Lude van vermoede dessjullen anjes Ordels, als ok in unsre Gegenwerdichkeit van dem unterschulsten de nu tot sid van em gesetzet, gescheben is. - wat im gerichte falt schelen se like entzwey deilen, vigenamen wat dem Richter van jines ambs wegen, dem unterschulzen, u. dem Schriuer van oldegs gebörer und sie in bruke gehart und dat andere Erf-richter in den Steden, dar meideburgisch recht is, allein genobmen hebbest und noch nehmen.*

nisi quod, in minoribus quibusdam, penes eosdem manserit (†). Nobiles porro nostri, in prædis ruribusque suis, ipsimet iudicia faciebant: non induitum demum aut priuilegio principum stabilita, vt ciuitates acceperant, sed originario atque ex Scythia olim secum allato iure: Sicut à maioribus ultimis tradito more Asia & Europa euro-aquilonaris populis scythici, Tatari atque alii in propagines suas legrees familiasque, iuris dicundi potestatem, etiamnum exercent. Perinde, nobiles nostri, iure *proprietatis* atque dominii, quod olim occupatione primaeva terrarum suarum acquisiverant, quin iure domus atque familiae, in suis, quod ius fasque erat, statuebant (††). Hinc, mutata licet pristina possessionum suarum conditione, vt, quæ *allodia* fuerant, *feuda* fierent, eadem illis iudiciorum per terras suas, inque suis, exercendorum prærogativa manit & hodienum supereft. Nec in criminalibus tantum civilibusque, sed & feudalibus causis, quandoquidem nec hodie defunt, qui nobiles suos sub-vasallos habent (†††), sicuti ante feuda, apud nos, introducta, *censitores & censuales* habuerunt (††††). Denique vero, per singulas villas, ad causas ruralium minores, *Scutellaria* institutæ erant, de quibus, in ipsa dissertatione, ad §. VII. iam vtcunque commentatus sum.

Ad §. V. p. 18.

Verba: *Antiquo WITZLAI III. munere, quod annum MCCXC in signuit.* Priuilegii an: cit. tertia feria pentecostes Stralsundiae datur, verba huic facientia sic sonant: *Habeant etiam dicti nostri*

con-

[†] de quo vid. *Einf. in die P. und Rüg. Justiz-Hist.* p. 39. sqq. Gryphisvaldia nostra omnium prima hoc priuilegium obtinuit, donatione Wartislai IV. 1322. ibid. p. 38. & *Hist. Bericht vom Ursprung der Stadt Greifsw.* p. 64. not. [k] 65. sqq.

[††] Nam pristinis temporibus, ut apud Scythas, ita & in aliis populis atque ipsis romanis, ea per familias liberorum hominum, naturalis patrum potestas erat, vt domestico

in suos imperio fungerentur. Testatur Feflus, *Familia*, dicens, *antea in liberis hominibus dicebatur quorum dux et princeps generis vocabatur Pater & mater familie, unde familiæ nobilium Pompliorum, Valeriorum, Corneliorum & familiares, ex eadene familiæ. Postea hoc nomine etiam familiæ appellari ceperunt.*

[†††] vid. *Hist. m. feudal.* p. 943. sqq. conf. 1176.

[††††] vid. *ibid.* p. 6. sqq. 148. ff.

LXXXVI

consules, Burgenses & eorum perpetui successores integrum ac merata proprietatem cum omni libertate & iure super omnia bona, villas, curias & agros, que ipsi ad suum usum proprium & nomine ciuitatis visilitatem predicte emerunt vel emere poterunt in futurum, à dicta nostra ciuitate circulariter ad unum miliare, ex viraque parte aque false, computandum in quibus nobis nostris successoribus & heredibus nihil reservamus.

Ad §. VI. p. 19. not. (*)

Verba: *Templum quod hodiernum, multa antiquitatis specie, (villa Puttensis) seruat, sine dubio, an: circiter MCLXIV. accedit.* Jam vero, ex eo tempore, dubius factus sum de tam alta templi Puttensis etate. Verum est, HENRICUM I. Saxoniae ducem, expugnato principatu Rugiano cis mare posito, lucrandi incolas CHRISTO multam curam impendisse. Num salutis eorum causa, an suæ utilitatis fecerit, in ambiguo est. Saltem prauidere poterat, patientes futuros sui iugi, si doctrina salutari mansuerent animi eorum, quos idolatria effrenos esse sinebat. Certum est, arbitrio eius, episcopatu suo Suerinensi, subditam esse hanc omnem prouinciam in coelestibus curandam. Nec, qui tunc antistes erat, BERNO, quicquam omittebat laboris, ut hic populus, intra ouile CHRISTI redigeretur. Sed, qua mox sequebantur, tempora continuis bellis turbulentia, primum quidem pios viri conatus aut sufflaminabant aut inviles reddebat, & denique tantam elade sua solitudinem efficiebat, ut vix superessent homines, qui in meliorem Numinis cultum formari potuissent. Nihil igitur, si iustas rerum gestarum rationes computamus, in tantum promotum fuisse, existimare licet, ut integri conuersorum cœtus coalefcere poterint, quibus templo curialia opus essent, aut qui subftruendis alendisque pares esse potuissent. Tunc demum eo prouectam esse rem sacram huius prouincia credas, ubi principes Rugiani, ad exemplum Pomeranorum, Tentonicis Saxonibusque dudum christianis, nouales deuastatosque agros illius recelendos tradiderant. At hoc seculo XIII. iuuenescente, annum circiter MCCXXI. demum factum esse, monumentorum effato, compertum habeo. Itaque ex his omnibus conficitur, neque Püttensem neque aliam paroecialem ædem sacram citius, in eadem hac prouincia nostra.

ex

LXXXVII

extitisse, nisi à Borantenshageni ac Vögedeshageni recedendum est (*). De xedulis, quas Capellas vocant, non diffiteri ausim, plures earumdem parochialibus omnibus antiquiores esse. Nam probabilitas est credere, singulas villarum communitates, ut paucum è Slavis ad christiana sacra accesserunt, aut è Saxonibus constatae sunt, ante sibi propicere voluisse qualescumque domunculas sacris peragendis inferuitur, quam tot circumcirca nacebantur, quæ confortio faci cœtus initio, matri ecclesiae erigenda stabiliendaque sufficere possent (**).

Ad §. VI.

Quod in nota ad h. §. de iudicis rusticani olim apud nos visitatis attulimus, id nouum robur sortitur ex Jure Vandalo-Rugiano, cuius capite decimo mei MSti assertur, etiam in causis criminalibus & homicidiis, Praefectum Judicij prouincialis Rugiani, si trucidatus rusticus fuerat, eiusdem conditione villano cuidam, partes iudicis demandasse, sicut eandem ille potestate nobili tradere consueverat, si quando nobilis interfactus erat. Apponam huc verba Codicis ipsa: *Iff de entlaude ein bubre, so settet he (de Landvaget) einen bubren thom Richter, iff he ein Eddelmann, so settet he einen edelman, edder de Land- edder Gardvager sit fülfest Gericht.* Jam autem vltro intelligere licet, iudici rusticico, neque alios nisi rusticos adfellores competitiss: quorum numerus, cum in criminalibus, ad 5. 7. 9. quin 13. personas auctus est, teste eodem Codicel. c. spectabilis, exinde, iudicii rusticani facies, in rebus vita & necis adeoque maxime arduis, enascitur. Cœterum,

M

in

[*] De priori id autumo, quia in transactione hereditaria inter principem Rugianum JAROMARUM II. & Baronem BORANTONEM PUT-BUZIUM de 1249, à progenitoribus huius, illa iam dicitur extorta: de Posteriori, quod, testantibus tabulis vetustis, illa æratris reverentia Stralsundensium templorum omnium mater habenda est. De aliis vix reperiatur exemplum: saltem ruralibus. Nam de oppidanis, præsertim Tribu-

seana atque Bardeni non negauerim, aliquanto altioris eas originis esse.

[**] Commentationem Historicam edendam molior, si quis sumptus ferat, sub nomine, *Einer Pommersch-Rugianisch- und Mecklenburgischen Bekehrungs-Historie*, vbi origines ædium sacrarum omnisque rei religiosæ in terris istis altius vberiusque enoluenter. Hic pro instituti ratione strixim me expedire oportet.

LXXXVIII

in Pomerania Borussica trans-Oderana, tenues hodienum præturarum eiusmodi reliquias, cernere licet, *Mörrini, Valemi & Altenwalli*, quæ prope *Cörlinum, Berenvaldum* & Neo-Sedimum, villæ sunt. Sed tamen dixi; quia, nonnisi leuidenes, ob damnæ segeti, pecudi, anferibusque illata, causas tractant. Nec priuilegio munita iudicia existimes. Per laudum, quod dicitur, & compromittendo adeuntur. Nihil subiuncti ordinis inter illa. Nulla deuolutionum series. Nisi interdum suo lubitu, litigantes alius, post aliud, sententias sibi expetant. De simplici & plano cuncta peraguntur. Si res aliquis, vt inter rusticos, momenti habetur, facerdos loci, scribendo acta consignat. Sporulæ ad paucos asseß dodrantesque redentur, qui comportando inter deliberationes, hauriuntur. Sed quam longis intervallis haec iuris dictandi potestas, à pristina dignitate Scultetiorum iudiciorum digressa fit, facile cognoscas.

Ad eandem § not. (†) p. 20.

Verba: *Quorum Collegia, der Schultzen-Gericht, dicebantur.* Scultetiarum illarum etiamnum præterito fasculo, dum patria nostra Corona Suedica paruit, tanta estimatio habita est, vt non infima conditionis homines eas cupuerint; certa pecunia summa redimendas. Cuius rei exempla in *Scultetia Strelouensi, Bucholtzeni* præfectura Colbacensis, *Brizigeni* aliarumque villarum adiungit (*)

Ad §. VII. p. 20.

Verba: *Titulo munieris tunc prægnanti - - Scultetus vocabatur.* Alia honoris præfatione, in diplomatis, non raro *Magistri villarum* dicuntur, quia inter partes officii erat, vt, quemadmodum l. c. dixi, componerent ad bonos mores pacemque vicinos suos.

Ad eandem §. paginamque.

Verba: *Officii (Scutlerie) partes variae.* Inter quas, præter commemoratas, erat, vt in negotiis principum aut aliorum dominorum suorum, pro tabellariis essent, atque à iucinis suis tributorum symbolag

[*] Conf. de ultima Hist. feud., P. & R. p. 1204, seqq.

LXXXIX

las colligerent, pariter ac episcoporum decimas. Quarum aliarumque operarum suarum certis emolumentis fruebantur, aliquot ingeris agrorum aut pratis. Episcopi etiam pro studio & labore in cogendis redditibus suis, decimas plerunque unius mansi in feudum ipsis elocare solebant, uti id testatur *transactio inter principem Rugianum & episcopum Saerinensem 1221 super decimis, à Teutonicis in principatu cismarino tollendis, Tribusæ inita.*

Ad §. eandem not. (†) p. 20.*

Illi Scultetiarum institutum vel antiquissimis temporibus, apud maiores nostros Germanos, in usu fuit. Jamque charta CAROLI M. in monumentis Paderbornensis p. 325. PAULUS WARNEFRIDUS L. VI. de gestis Langobard. c. 24. atque LL. Langobard. Scultetiorum mentionem habent. Vnde probabilitate non leui inducor, vt credam, Langobardos non demum, dum per prouincias imperii Romani sedes variabant, has præturas villanas aut inuenisse aut adsciuisse; sed ex hac Pomerania atque Rugia, quam longis ante eas migrationes suas, temporibus, incoluerant, secum abstulisse. Neque tamen solis Langobardis illum antiquum morem, sed eodem arguento, Suevis nostris, Vandalis, Gorbis, Rugianis atque aliis, tribuerim. Quid? quod de Slavis nec dubitandum existimo, qui faculo fere sexto in ciuitatem Reipublicæ nostræ Vandalo-Rugianæ excipiebantur. Nam, vt frenius iustitiæ vindix est populus fuit (vid. Cap. primo §. III), ita &, in patrocinium eius, inferiores Scultetiis nostris non adsimiles præturas, inter suos, souisse, vel inde, nonnulla specie, argumentor, quod, in Russis, cognata Slavis nostris progenie, hodiènū, nomine Starostarum, per villas, huius munieris præfecti habentur. Vid. *Das veränderte RUSSLAND* I. Tb. p. 129.

Ad §. VIII. p. 22.

Verba: *Et dixerim haec instituta, inde ab eo tempore, repetenda esse, quo Püttenensis illa, cum aliis circumquaque villis, peculio ciuitatis Stralsundie adscribi coepit.* Salua res est, quia coniecturaui. Jam vero discedo ab illa coniectura, quia priuilegio aliquo Sundensi edocitus sum, proprietatem villa Püttenensis anno demum

M 2

MCCCXXV.

XC

MCCCXXV, vna cum perplurium aliarum, munificentia Ducis WARTISLAI IV, in Stralsundenses translatam esse. *Proprietatem*, inquam: ne tum quidem possessionem ipsam, quam serius etiam consecuti sunt. Sed ante illud tempus iam permultas alias terras, partim donatione principum Rugianorum, partim indultu eorum, suisque sumtibus, Stralsundia sibi comparatas habebat. Igitur probabilius dicendum est, illum ad paracos Püttenes prouocandi morem, apud rurales Sundenses iam vsu obtinuisse, antequam ipsa villa huius nominis, ditioni ciuitatis addicebatur. Idque tunc, vel eo magis, sine omni formidine, fieri potuit, quia Püttenes nullo adhuc vinculo Stralsundiæ iungebantur. Neque illa donatio proprietatis, quam commemoravimus, obstatre poterat, quo minus iurisdicundi potestas ea, eodem loco manaret. Quid uero postea temporis de hoc tribunal factum sit, vbi Püttenis villa, pleno possessionis iure ad Stralsundiam transiit, id, factor, me haec tenus ignorare.

Ad §. IX. not. (†) p. 23.

Ad ultimum huius notæ assertum, de præmatura Ciuitatis Stralsundensis admissione ad consilia Status publici, non inutiliter conferenda videntur, quæ commentatus sum in *der Pomm. und Rügianischen Lehn-Hist.* p. 193. §2. ¶ 106.

Ad §. X. not. (†) p. 26.

Verba: *Es wären die appellations an den Borg-Wall zu Loitz ergangen.* Hoc eodem loco habendum esse interpretatus sum, ac si dictum esset, prouocationes ad castrum f. ad iudicium aduocatiz Littitorum abiisse. Nam et tunc, stilo curiaz, loqueudi atque scribendi ratio erat, vt vallum pro ipso castro, castrum, pro iudicio castrensi uenirent. Quod testatur ipse princeps WARTISLAUS IX. in generali confirmatione priuilegiorum, Ciuitatibus Stralsundiæ, Gryphiswaldiæ, Anclano atque Demminio 1452. impertita, his uerbis vtens: *Scheget ok dat wy meneden tosprake eft sake tobebbende to desser Stede bürgeren edder in wanern, umme desseluen scholen wy, unſe eruen edder nakomelinge, ſe eft ere Gub, nenerley Wyſe to rechte laden vor unſe Slöte edder Walle.*

Ad

*Ad eand. §. not. (***) p. 27.*

Qua hic atque in *Hist. feud. p. 170. seqq. & 249.* de Dynastis Lütizenibus, ut conieceram, ex illustrissima PUTBUZIORUM Familia proslatis, tradidi, limare accuratiorem exigit. Jamque adhibui ut cunque in nuperā disquisitione, qua prodī sub inscriptione: *Erörterung zweier in die Pomm. und Mecklenburgische Historie tieff einschlagenden Fragen - - p. 33. seq. in der Anmerkung.*

Ad §. XI. p. 27.

Verba: *Cur lites ruricolarum Sundensium, à Senatu ciuitatis, ad Lutitiorum castrense forum potius transferenda fuerint, quam ad aliud quodcunque.* Quamdiu Stralfundia sub principibus suis Rugianis stetit & dynastia Lutitiorum Pomeraniae Duxes Dominos habuit, ea Sundensium in causis ad iudicium hoc castrense prouocati non potuit. Jam vero, prodente historia, Dominium illud Lütizenle, inde à temporibus WARTISLAI I. ad integrum & dimidium saeculum Pomeraniae paruit, nisi quod Rugiani sub principe suo WITZLAO I. ad breue tempus habendum, occuparent (*). Anno denum MCCLXX. vel circiter, principatu Rugiano constanter redditum est (**). Vnde concludere licet, tunc denum illud castrense forum Sundensium litibus accommodandum fuisse.

Ad eandem §. paginamque.

Pronensiumque. Quod & Pronz olim aduocatia fuerit, cognitum habeo ē designatione seruitorum equestrium Principis Witzlai IV.

Ad §. XII. p. 28.

Apprime quadrat ad notionem feudi castrensis, ut hic definiendam duxi, quod legitur in Jure feud. Alem: c. 139. §. 2. *Von burglehn sol der man nur Herferte varen noch keinen andern Dienst tun. Er sol uff der Burge wonen und si bewaren und weren, ob si es bedarf. Vnd sol sine Herren urteylinden, im Burglehn Rechte und nüt umb ander*

M 3

Lel. n.

(*) Vid. *Hist. m. finn. princ. Rugiae* [**] Vid. *Hist. m. feud. P. & R. p. p. 94. sqq. coll. p. 100.* 221.

XCII

Lebn. h. e. interprete SCHILTERO: de feudo castrensi seruitia in expeditione militari praestare non tenetur Vasallus, nec alterius generis: sed in castro habitare, illud tueri ac defendere, quoties opus est. Tenetur etiam in iudicio feudali castrensi sententias dicere: non item de aliis feidis. Ceterum constat, valde ambiguum *feudi castrensis* vocabulum esse & à *feudo castris* notione diueratum. De quo videre est apud Scriptores in dissertatione, citatos.

Verba: *Ita nobiles (castra) habuerunt, ceteroquin sua.* Commodo hoc afferendum exemplum habetur in *Hib. feud. P. & R. p. 409. sq.*

P. 29. Verba: *Alia nobilibus circum circa sedentibus, in servitia equestris ad tutandum committebantur.* Vid. exemplum *ibid. p. 460. sqq. coll. cum p. 152. & in diplomate CASIMARI de MCLXXV. apud RANG. Pom. Dipl. p. 155.* Vbi post vios alterosue nominatos, ceteri quoque viri nobiles de castris Caminenisi atque Demanienisi in testimonium prouocantur. Quamvis hoc ultimum nobiles castrenses fistat, non feudi, sed subiectionis vinculo obstrictos. Nondum enim eo tempore ipsi principes nostri futurum Imperii *Vasallatus* iure subiuerant, tantum abeit, vt nobiles suos Vasallos hauberint. Verum, vel eo nomine rarius habendum est hoc monumentum, quo discimus eandem, auspiciis Principium, castra habendi rationem, etiam feidis nondum introductis, apud nos, obtinuisse.

Ad §. XIV. p. 30.

Duplicem hic errorem corrigo: alterum, ne ad alios eiusdem iuris *nostres - - pro quo ut ad alios - - alterum, quotquot - - uterbatur, pro quo uterbatur*, legendum velim.

Ad §. XV. not. (†*)

Primum hic obseruari velim, pro capitibus Helmoldi 35. & 57mo, ponenda fuisse 85 & 87mum. Deinde, fateor, haud æquale me extatim castris oppidique Suerinenis. Nam & plus centum annis antiquius illud, ac nomine Ciuitatis insigne offendere licet, apud Ditmarum Episcopum Merseburgensem, scriptorem coetuum, L. VII. Chron: p. m. 106. qui vbi de rebus gestis Imperatoris Henrici II. & hostili impetu

petu Lutitiorum in terras Megapolitanos effarrat, principem eorum Misizlauum, inquit, intra Zuarin ciuitatis munitionem se, cum dilectis militibus, collegisse. Igitur, cum haec, annum circiter 1018, contigerunt, neque tum demum conditam hanc ciuitatem esse, credibile est, sed forte iam ante, aut multo, aut aliquo saltem tempore, extitisse, consequitur inde, quantum Lubeca Suerinum antiquius sit habendum. Hoc vere dixerim Suerinum ante Suerinum, ab Henrico Leone an: 1164. conditum, fuisse, teste Helmoldo L. i. c. 87. Atque securus sum statuendi, quanvis nec ignorem, haberi hodienum, in tractu Plauensi megapolitanorum, villam eiusdem nominis, nisi quod veteris cognomine ab oppido Suerino, internoscatur. Nempe villarum ea plerumque dignitas est, ut castra & vrbes sive cognomines s. vocabulis diuersas, aetate superent. Ne dicam, villam palaeo-Suerinum ruderibus vestigiisque pristinæ munitionis qualiscunque tam vacuam esse, vt, vel ea nuditate credere nequeas, Ditnari de Zuarina tradita, ad eam pertinere. Sed si pertinerent etiam, quid meæ sententia periculi inde metuendum? Mihi enim perinde foret, quodcunque demum Suerinum megopolitanum Lubeca uetusius habeatur: modo tale sit illud cum eius remotissima aetate, Origines Juris Suerensis rationesque conueniant.

Ad §: XVII. p. 34-

Hic penitus scrutando, denique eo perueni, ut dicere ausus sim, illud *Prodseken*, de quo ibidem sermo est, barbaris iam tum saeculis, illustre aliquod tantaque auctoritatis iudicium fuisse, ut per excellen-tiam id nominis ei inditum posteaque temporis in villam huc positam, propagatum sit. Haec sibi fatis constare existimo. Neque enim, quod nuda *Sculteria villaris* fuerit (†) propterea, ut credam, à me impetrare possum, quod, testantibus diplomate Johannis Theologi citato atque aliis, incola totius prouincia Brefensis, Prodsekense illud pro foro suo ordinario habebant. Eoque intuitu, eadem hac paragrapho, *provinciale* dixi: non quidem, quo sensu, tunc temporis, illa tantum iudicia prouincialium s. *Land-tung*, & *Land-Voigteyen* nomine veniebant,

quaæ

(†) Quæ sententia est Celeberrimi Dn. BALTHASARIS in *Rituali suo*
p. 535.

quæ maiores terrarum regiones iurisdictione sua complectebantur; sed à minori prouincia sua, quarum plures amplioribus illis subesse solebant, titulo aduocatarum, & castellaniarum, dicer *Gard- und Unter-Voigteyen.* (*)

Ad §. XVIII. not. (†) p. 35.

Paulo accuratius de terra Polaborum edisseram. De nomine non est hic dicendi locus. Gens Slauica erant Polabi, specialem tribum, me dicam principatum, faciens. Cohærebat enim vniuersa Slavorum res publica in istis oris nostris, ad eum modum, ut diuersæ stirpes nationis, singulæ quidem propriæ ciuitatis iuribus vterentur, certis tamen legibus fundamentalibus, vnius systematis politici formam haberent: Non admodum absanili, Batauis atque Heluetiis exemplo: Nisi manus Germaniæ nostræ assimilare. Nam vnius imperio regebantur: olim in vniuersum, abhinc dispersiti in perniciem suam imperiis. Eo diuortio Polabi ut inter Vagrios & Obotritos mediis erant (**), ita vnam eandemque cum utrisque rempublicam efficiebant, cui ab Obotritis, dignationis prærogativa, nomen contigerat. Terra Polaborum, qua totum ambitum suum, ad orientem confinio Obotitorum, ad occidentem *Billa*, fluuiio terminabatur. Versus aquilonem ad mare Balticum pertinebat, à meridi Albi clandebar. In duas diuifam fuisse partes diximus, *Polabiam* speciatim sic dictam & *Sa-sive Zadel-bandiam*. Proba fide; sicut omiserimus addere festinanter scribentes. Etenim non tantum registrum illud reddituum episcopaliu Ratzburgenfium, quod antea euocatum erat & in proxima annotatione denuo allegatur; sed & varia diplomata apud Ven: Dn: SCHRÖDERUM in dem Pap. Mecklenburg atque alibi passim obvia, eam diuisionem comprobant. Neque prius illud ignorare finit, quousque Sadelbandia fines porrecti fuerint. Nam si circumspiciamus paroecias

Sa-

(*) Quo vero loco habenda sint iudicia *Mark-ting*, quorum preter alia Mecklenburgica monumenta, in ali quo HENRICI L. episcopatui Ratzburgensi, 1170, erogato, nomine Latino: *Placitorum forensium* mentio sit, prouincialium an particularium, nisi forte utrumque, id mihi, hucdum, in medio relinquendum est.

(**) Vid. ADAM, Brem. Hist. Eccl. L. II. HELM. Cbr. Stau. L. I. c. 2.

Sadelbandicas ibidem designatas, facili patescit negotio, illinc *Bille* a Wagrii Stormariisque, hinc *Stekenizza*, à Polabia proprie sic dicta, determinatam fuisse. Denominandi rationem quadantenus assequi licet. Annales rerum gestarum Francicarum memoria tradiderunt, Imperatoris LUDOVICI I. iussu, an: DCCCXXII. Saxones, superato Albi, castellum quoddam, in loco cui *Delbende* nomen, edificasse, depulsis ex eo Slavis, qui prius eundem occupauerant, praefidiumque Saxonum in eo positum contra incurssiones illorum. Eum locum, nisi fallax est coniectura, de eodem interpretor, qui hodiernae Leopoli ad confluentes Albim & Stekenitzam ab HENRICO Leone factulo demum XII. conditæ sedem præbet. Hoc nomen, in *Sadelbandia* nostra aper te obvium est. Namque & eam interdum *Sadelbend* scriptam inueni (*). Jam vero & de prefixa vocula *Sa* sciendum est, illam præpositionem fuisse Slavorum eiusdem notationis, quam apud Latinos *Su*pra infert. Interpretationis fidem præstat, non ignoratus egregius Aucto^r des veränderten Russlandes, p. 34. qui *Za*-*I.* *Saporouenium* *Cosacorum* cognomen, eō exponit ut perinde sit, ac supra cataractas Boristhenis habitantes. Nam *Za*, inquit, bedeuet in der Russischen Sprache über und porova ein Wasser-Fall. Quod si igitur hæc interpretationa ad rem præsentem referantur, liquido innotescere videtur, *Sa*-*s*. Zadelbandiam, (nam & hæc scriptio occurrit) vi vocis, nihil aliud esse, quam prouinciam Polabie supra castellum *Delbend*.

Ad §. XIX. (***)

Aliquantulum luminis affulget coniecturis nostris, quod septem quercus, quæ sequiori tempore dictæ sunt, olim *Siuæ*. Siebæ quercus fuerint, quia olim Megapolia & familiam nobilem habuit, quæ nomine gentilitio à *Sieben* dicta est. Nempe hoc ipsum eodem argu mento à *Siuæ* denominatione repetunt, rerum antiquarum Megapolia interpres: quorsum pronoco auctorem non nominatum quidem, sed ob insignem rerum Megopolitanarum peritiam, nec incogni tum.

(*) Nec quidquam hoc est insoliti, antiqua nomina vocalibus dissona re periri, quin longius variari. Sicuti hoc nostrum, in confirmatione episc. Suerinensis à COELESTINO an: 1191 concessæ, *Sadelbandingen* legere licet,

XCVI

tum tamen, de ver Kurtzen und eylfertigen remarquen über einige Ar-
ticul des 33sten Capituls der neuen Edition des 1. Tb. von Klüners Be-
schreibung des Herzogthums Mecklenburg 1739. 4. Sed opera prae-
mium supereesse videtur incitamentumque, ad inquirendum origines
denominationis ipsius *Siba* s. *Siba*. (Nam elementorum *V.* atque *B.*
promiscuus vius obtinuit.) Supponendum arbitror, non omnia Sla-
vorum idola Slavicae originis esse, aut ab hac gente demum, è Sar-
matia sua, in prouincias nostras, dum ipsa aduenierat, introducta
fuisse. Verum vti ea leges formamque reipublicæ Sueo-Vandalæ
Rugianæque sponte sua subiuerat; ita credere licet, nec sacra eiusdem
omnino apernatam fuisse. *Sibam* igitur, apud Germanos nostros,
hic terrarum, ante ingressum Slavorum, iam cultam esse, vel eo ar-
gumento, perfluum habeo, quod nomen ipsius tantum non mani-
festissima veteris Teutonicae lingue incunabula spirat. ABRAH.
MYLIUS in *Archæologo Teutone*, SCHILTERUS atque WACH-
TERUS in suis *Glossariis*, PALTHENIUS nostor in nott. ad TA-
TIANUM p. 307. atque plures passim, oblata occasione, vocabula
Sibba, *Sib* atque *sib* uno quasi ore testantur, auctoritateque veterum
monumentorum testantur, non aliam quam coniunctionis,
pacis & amoris notationem, apud Gothos, Anglo-Saxonos, Francos
& Allemannos, habuisse. At, si conferamus Scriptores p. 36. not. (*)
Dissert. nostre, citatos, deprehendens certe, cuncta eorum de *Siba*
idolo tradita, in eo conuenire, vt spuriū hoc numen, pacis con-
cordiaque tutelam fructuumque inde expectandorum, libertatis felici-
tatisque, curam gessisse, ex credulitate superfliosarum mentium
ostendant. Jamque hæc æstimantibus mirum esse non potest, quod,
qui *Sibam* deam eiusmodi crediderunt, facile à se impetrare potue-
rint vt insimul crederent, rebus œconomicis litigiosis aut dirimendis
aut compонendis tribunalia etiam *Siba* accommodatissima futura.

Ad §. XX.

Qui in rebus antiquis curiosus est, illum fortassis cupidio incesset
sciendi, quam longis initii, apud Pomeranos nostros occiperit ea
ad tribunal septem queruum, in causis ruralibus, prouocandi con-
sue-

XCVII

faetudo? Nam mirandum vtique est, nosfrates maiores, qui propria summaque rerum suarum arbitria habebant, à tam longinquo dicasterio, in iure dicundo pendere voluisse. Quod sponte tamen sua id fecerint, procul est dubio. Etenim, quis eo cogere potuisset? HENRICUS L. Saxonæ quidem, sæculo XIImo eousque rerum apud nos potitus erat, vt dominium eminens aliquod in provinciam hanc cis-Penanam sibi tribueret; sed nihil propterea mutabatur in republica nostra, quam Principes Pomerani BÖGISLAUS I. & CASIMIRUS I. vt antea habuerant, suo etiamnum imperio retinebant plenaque superioritate territoriali administrabant. Mea qualisunque opinio est, hunc morem inde ab antiquissimis temporibus repetendum esse. Et si fortioribus aliquando argumentis confici posset, illud septem queruum tribunal *Sine* olim facrum fuisse, nihil, penes me, credibilis foret, quam quod superstitiosa fiducia commentitii numinis maiores nostros de rebus economicis litigantes, petendi iuris causa, in tam longinas oras traxerit; sed deinde, abrogatis licet ethnicismi erroribus, quod olim superstitione commenderat forum, consuetudine retentum esse. Nam nisi origines harum prouocationum ad illa tempora referantur, quibus Polabi cum Oboトリis Wilzisque nostris eadem republica souebantur, vix villa conjectura assequi licebit rationem, qua moueri potuerint nosfrates, vt eandem cum Polabis tam diffitis themidem venerarentur. Sequorum temporum ratio ab eiusmodi consortio aliena facta est. Oboetrii enim à Wiltzorum regno digrediebantur (*). Polabi vna cum Wagriis Oboトリorum Reipublicæ à Saxonibus eripiebantur. Vt, nisi antea, rebus populorum islorum adhuc integris, eum ad supremum, quod in Polabis erat, iudicium prouocandi morem stabilitum fuisse arbitreris, vix posthaec, ad stabiliendum, commoda tempora inuenias.

(*) *Hist. feudal.* P. 27. *zwoer in die Pomn. und Mcklenbur-*
sqq. & nuper editam disquisitionem *gische Historie tieff einschlagenden*
meam, quæ inscribitur; Erörterung *Fragen.* p. 6. *sqq.*


X2424235



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-257338-p0110-6

DFG



COMMENTATIO CRITICO-HISTORICA

DE
SERIE PROCESSVS ET PRO-
VOCATIONVM FORENSIVM
IN CAVSIS AD JVS SVERINENSE
DIRIMENDIS,
QVÆ APVD STRALSUNDENSES
OLIM VSITATA FVIT.

H. E.

von dem vormaligen

Serichts=Gebraunch/

Nach welchem

die Stralsundische Landbegüterte ihre Streit-Sachen/
zuerst, an den Stall zu Stralsund gebracht, von da aber an
das Kirchspiel zu Pütz, von da an den Rath zu Stralsund,
von da an den fürl. Burg-Wall zu Loitz, von da an den
Stapel oder das Buch zu Schwerin und von da an
die Sieben Eichen appelliren können.

AVCTORE

ALBERTO GEORGIO SCHWARTZ

PROF. PHIL. REG. ORD.

IN ACADEMIA POMERANORUM.

G R Y P H I S W A L D I A E

IMPRIMEBAT HIERONYMVS JOHANNES STRUCK
REGIÆ ACAD. TYPOGR. MDCCXLII.